FORMULARIUM

SANCTI OFFICII

CATHOLIC CHURCH.

SUPREMA SACRA CONGREGATIO

SANCTI OFFICII

LIBELLUS FORMULARUM

SACRAE CONGREGATIONIS S. OFFICII

AD USUM TANTUM EIUSDEM S. CONSESSUS

EDITUS

ALMA COLLEGE
262.211
LIBRARY
Alma California

ROMAE
TYPIS VATICANIS
—
1901

23406

MONITUM

In Congregatione habita fer. II die 23 aprilis 1899 DD. Consultores opportunum censuerunt, ut, ad faciliorem et tutiorem negociorum expeditionem, formulae omnes, quibus Suprema haec Congregatio uti consuevit in dubiis diluendis, gratiis concedendis, rescriptis conficiendis etc. etc. unum in codicem inferrentur, isque typis ederetur ea tamen sub lege, ut, domesticae regulae ad instar, cederet in commodum eorum tantum, qui S. Consessui sunt addicti. Quum Emis Patribus id consilii placuisset, operi statim manus fuit admota, quod nunc tandem, haud paucis superatis difficultatibus, prodit. Praemonere autem iuvat universam collectionem, ne rerum moles ordini et claritati officeret, in quinque partes fuisse tributam, in quarum *prima,* praemissis formulis tum iuramenti, quod in hac Suprema Congregatione emitti solet de secreto servando et de munere fideliter implendo, tum precum, quas ante sessiones in eadem recitari moribus est receptum, exhiben-

tur quae attingunt rescripta doctrinalia ac fidei profitendae et haereses abiurandae rationem; in *secunda*, quae pertingunt ad rescripta et instructiones de re matrimoniali; in *tertia* quae spectant ad dispensationes super lege ieiunii et abstinentiae; in *quarta*, quae criminibus inquirendis et puniendis inserviunt; et tandem in *quinta*, quae respiciunt quaedam alia negocia, quae extra recensitas classes vagantur (1).

---

(1) Quantum fieri licuit, omnia in codicem relata sunt latina lingua descripta. Nonnulla tamen italico idiomate exarata exhibentur variis de causis, et potissimum quia ita prostant in formulariis manuscriptis, quibus utitur Cancellaria.

1.

Formula iuramenti a personis S. O. addictis emittendi.

Ego N. N.....
Constitutus coram Vobis .....
tactis per me Sacrosanctis Dei Evangeliis coram me positis, iuro et promitto me fideliter exercere munus

.....

et inviolabile secretum servare, nedum in omnibus et singulis, quae mihi in praefato munere occurrerint, sed etiam in omnibus et quibuscumque causis et negotiis, aliisque rebus, quae in eodem Sac. Tribunali dicentur, tractabuntur et peragentur, etiam super libris aut doctrinis examinandis, et personis ad earum revisionem seu relationem deputatis, exceptis tantum causis mere civilibus et criminalibus, nec directe, nec indirecte fidem aut religionem tangentibus; adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neque verbo, neque scriptis, vel alias quomodolibet, sub quovis quantumvis colorato praetextu sive maioris boni, sive urgentissimae et gravissimae causae, nisi peculiaris facultas aut dispensatio expresse mihi a Romano Pontifice tributa fuerit, secretum praefatum mihi violare quoquomodo liceat. Et hoc nedum sub poena excommunicationis maioris latae sententiae ipso facto et absque alia declaratione incurrendae, a qua nonnisi a Sanctitate Sua, suisque Successoribus Romanis Pontificibus privative etiam quoad Sac. Poenitentiariam, ipsumque D. Cardinalem Poenitentiarium, praeterquam in articulo mortis absolvi

possim, sed etiam sub aliis poenis, etiam gravissimis arbitrio Sanctitatis Suae, eiusque Successorum mihi infligendis in casu transgressionis.

Sub iisdem pariter censuris et poenis iuro et promitto secretum ut supra servare etiam cum DD. Cardinalibus, Inquisitoribus Generalibus, formaliter et habitualiter a Curia absentibus, aliisque Sac. Inquisitionis Officialibus, caeterisque Inquisitoribus quibuscumque pariter absentibus, etiam causis et negotiis finitis, iis tantum exceptis, quae in fine et expeditione earumdem causarum et negotiorum legitime publicari contigerit. Quod si in aliquo casu me dubitare contingat de praefati secreti obligatione, in favorem eiusdem secreti interpretabor.

Tandem sub iisdem censuris et poenis iuro et promitto, quod si contigerit mihi exhiberi aut deferri in praefatis negotiis epistolas, supplices libellos, commendationes quarumcumque personarum cuiuscumque dignitatis, et praeeminentiae sint, illas, seu ad me missas, seu a me quomodolibet acceptas, tradam R. P. D. Adsessori, nec nisi de mandato Sac. Congregationis, et iuxta tenorem ab illa mihi praescriptum respondebo, nec rescribam; et in actu suffragium ferendi in huiusmodi causis propalabo eidem Sac. Congregationi a quo vel quibus causa mihi fuerit commendata, etiamsi agatur de reo expedito pro commutatione aut diminutione supplicante.

Sic Deus me adiuvet, et haec Sancta eius Evangelia, quae propriis manibus tango.

2.

Oratio quae initio Sessionum recitari solet.

Adsumus, Domine Sancte Spiritus, adsumus quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter congregati. Veni ad nos et esto nobiscum; et dignare illabi cordibus nostris: doce nos quid agamus, quo gradia-

mur, et ostende quid efficere debeamus, ut, Te auxiliante, Tibi in omnibus placere valeamus. Esto solus suggestor et effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre et eius Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse iustitiae qui summam diligis aequitatem, non in sinistrum nos ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris, vel personae corrumpat, sed iunge nos Tibi efficaciter solius tuae gratiae dono, ut simus in Te unum, et in nullo deviemus a vero, quatenus in nomine tuo collecti sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, ut et hic a Te in nullo dissentiat sententia nostra, et in futurum pro bene gestis consequamur praemia sempiterna. Amen.

I.

Formulae pro rescriptis doctrinalibus, pro Fidei professione etc.

3.

Formula pro rescriptis doctrinalibus.

Feria .....

In Congregatione Generali S. R. et Universalis Inquisitionis habita ab Emis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, proposita suprascripta instantia (vel propositis suprascriptis dubiis) ac praehabito voto DD. Consultorum, iidem Emi ac Rmi DD. decreverunt, (vel respondendum censuerunt) ..... (*segue la decisione*).

Insequenti vero v. g. feria VI. eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his SSmo D. N. ..... Papae ..... relatione, Sanctitas Sua resolutionem Emorum PP. adprobavit et confirmavit.

4.

Professio orthodoxae fidei, iuxta formam a Summis Pontificibus Pio IV et Pio IX praescriptam.

Ego N. N. ..... firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum filium Dei Unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus

est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur, qui loquutus est per prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Apostolicas et ecclesiasticas traditiones reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novae legis a Iesu Christo Domino Nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et adprobatos Ecclesiae catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali et de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima et divinitate Do-

mini Nostri Iesu Christi, fierique corversionem totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari. Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam, catholicam et apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac iuro.

Caetera item omnia a sacris Canonibus et oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosanta Tridentina Synodo, et ab oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, praesertim de Romani Pontificis Primatu et infallibili magisterio, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque haereses quascumque, ab Ecclesia damnatas et reiectas et anathematizatas, ego pariter damno, reiicio et anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eamdem integram et immaculatam usque ad extremum vitae spiritum, constantissime, Deo adiuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri et doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum ego idem N. spondeo, voveo ac iuro. Sic me Deus adiuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

5.

Formula Professionis Fidei pro haereticis.

Ego NN. _____ fili _____ aetatem agens annorum _____ genuflex _____ coram Te Rmo Patre Fr. _____ Ordinis Praedicatorum, S. Theologiae Magistro, Commissario Generali S. R. et Universalis Inquisitionis, praesentibus testibus NN. coram me habens ac tangens mea manu sacrosancta Evangelia, persuasus nullum posse aeternam consequi salutem, nisi credat quod tenet et credit, praedicat et docet S. Catholica et Apostolica Romana Ecclesia, contra quam doleo graviter me errasse, quia, natus extra ipsam, tenui et credidi errores ipsius doctrinae contrarios.

Nunc divina gratia illustratus, me credere profiteor Sanctam Ecclesiam Catholicam, Apostolicam, Romanam, unicam et veram esse Ecclesiam a Iesu Christo in terra fundatam, cui ex toto corde me subiicio. Credo omnes fidei articulos, quos ipsa mihi credendos proponit; reiicio et damno quidquid ipsa reiicit et damnat, et paratus sum servare quidquid ipsa mihi praecipit, et specialiter me credere profiteor: Unum solum Deum in tribus Personis distinctis et aequalibus, scilicet Patre, Filio et Spiritu Sancto; Catholicam doctrinam de Incarnatione, Passione, Morte et Resurrectione Domini Nostri Iesu Christi, et Unionem hypostaticam duarum naturarum, divinae et humanae; Divinam Maternitatem Sanctissimae Virginis Mariae, una cum integerrima eius Virginitate et Immaculata Conceptione.

Praesentiam veram, realem et substantialem Corporis una cum Anima et Divinitate Domini Nostri Iesu Christi in SSmo Eucharistiae Sacramento. Septem Sacramenta a Iesu Christo instituta pro humani generis salute, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucha-

ristiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium.

Purgatorium, Resurrectionem, Vitam aeternam.

Primatum non solum honoris, sed etiam iurisdictionis Romani Pontificis, Successoris S. Petri, Principis Apostolorum et Vicarii Infallibilis Iesu Christi.

Cultum Sanctorum et eorum Imaginum.

Auctoritatem Apostolicarum et Ecclesiasticarum Traditionum, itemque Sacrarum Scripturarum, quas non licet interpretari et intelligere nisi eo sensu, quem tenuit ac tenet S. Mater Ecclesia Catholica.

Caetera item omnia a SS. Canonibus et Oecumenicis Conciliis, ac praecipue a Sacrosancta Tridentina et Vaticana Synodo definita et declarata.

Quapropter cum corde sincero et fide non ficta detestor et abiuro omnes errores, haereses et sectas, dictae S. Catholicae et Apostolicae Romanae Ecclesiae contraria. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta eius Evangelia, quae propriis manibus tango.

Ego ..... praedict.... huic syngraphae sincerae meae conversionis et reditus in gremium eiusdem Ecclesiae mea manu subscripsi, postquam eam ad verbum recitavi.

Hac die .....

6.

Eadem formula Professionis Fidei pro haereticis (Italice).

Io NN. ..... figl.... di .....
dell'età di anni..... avanti di Voi Rmo P. Fr.
.....
dell'Ordine de'Predicatori, Maestro in S. Teologia, Commissario Generale della S. R. ed Universale Inquisizione, essendo presenti come testimoni NN., ... avendo avanti gli occhi miei i Sacrosanti Evangelii, che tocco colle proprie mani, e sapendo che niuno può salvarsi fuori di quella Fede, che tiene,

crede, predica ed insegna la S. Cattolica ed Apostolica Romana Chiesa, contro la quale mi dolgo di aver gravemente errato, perchè nato fuori di essa Chiesa, ho avute e credute dottrine contrarie all' insegnamento della medesima.

Ora, illuminato dalla divina grazia, professo di credere che la S. Chiesa Cattolica Apostolica Romana è l' unica e vera Chiesa stabilita da Gesù Cristo su questa terra, a cui di tutto cuore mi sottometto. Credo tutti gli articoli che essa mi propone a credere; riprovo e condanno tutto ciò che essa riprova e condanna, e sono pronto ad osservare tutto ciò, che essa mi comanda, e specialmente professo di credere:

Un solo Iddio in tre divine Persone distinte ed uguali, cioè Padre, Figliuolo e Spirito Santo.

La dottrina cattolica sull' incarnazione, passione, morte, e risurrezione di Nostro Signore Gesù Cristo, e la unione ipostatica delle due nature divina ed umana, la divina Maternità di Maria Santissima unita alla di lei integerrima Verginità ed immacolata Concezione.

La presenza vera, reale e sostanziale del Corpo insieme coll' Anima e Divinità di Nostro Signore Gesù Cristo nel Santissimo Sacramento dell' Eucaristia.

I sette Sacramenti istituiti da Gesù Cristo per la salute dell' uman genere, cioè Battesimo, Cresima, Eucaristia, Penitenza, Estrema Unzione, Ordine e Matrimonio.

Il Purgatorio, la Risurrezione de' morti, la Vita eterna.

Il Primato non solo di onore, ma anche di giurisdizione del Romano Pontefice, Successore di S. Pietro Principe degli Apostoli e Vicario di Gesù Cristo infallibile.

Il Culto de' Santi e delle loro Imagini.

L' Autorità delle apostoliche ed ecclesiastiche Tradizioni, e delle Sacre Scritture, da non doversi interpretare, ed intendere, se non nel senso, che ha tenuto, e tiene la S. Madre Chiesa Cattolica.

Ed ogni altra cosa che dai SS. Canoni, e dai Concilii Ecumenici, specialmente dal sacrosanto Concilio Tridentino e Concilio Vaticano è stata definita e dichiarata.

Quindi con cuor sincero e fede non finta, detesto ed abiuro ogni errore, eresia e setta contraria alla detta S. Cattolica ed Apostolica Romana Chiesa. Così Dio mi aiuti e questi suoi Santi Evangeli che tocco colle proprie mani.

Io ..... suddet..... ho di propria mano sottoscritta la presente cedola della mia sincera conversione e ritorno nel grembo della medesima Chiesa, la quale cedola ho recitata di parola in parola.

Questo dì ..... (1).

7.

Formula Professionis Fidei pro apostatis.

Ego NN. ..... fili..... aetatem agens annorum ..... personaliter constitutus in iudicio, et genuflex..... coram Te, praesentibus testibus NN.

.....

coram me habens ac tangens mea manu Sacrosancta Evangelia et sciens neminem posse salvari nisi credat quod tenet, credit, praedicat, profitetur et docet Sancta Catholica et Apostolica Romana Ecclesia, confiteor et doleo me contra ipsam graviter errasse.

Etenim .....

Nunc dolens ac poenitens praedictorum errorum et haereseon, persuasus de eorum falsitate et de veritate Sanctae Fidei Catholicae, cum corde sincero et fide non ficta abiuro, detestor et maledico praefatos errores et haereses et generatim omnes alios errores, haereses et sectas, dictae Sanctae Catholicae et Apostolicae Romanae Ecclesiae contraria. Accipio etiam et promitto implere ex integro omnes poenitentias, mihi a S. Officio impositas vel imponendas: et quod si in aliquo hisce meis promissis et iuramentis (quod Deus avertat) non stetero, me subiicio

---

(1) Eadem formula typis impressa praesto est in Cancellaria Gallice, Germanice, Anglice.

omnibus poenis et castigationibus, quae a sacris canonibus et aliis generalibus Constitutionibus contra ita delinquentes statutae ac promulgatae sunt. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta eius Evangelia, quae propriis meis manibus tango.

Ego ..... praedict.... abiuravi, iuravi, promisi et me obligavi ut supra, et in veritatis fidem huic syngraphae abiurationis meae subscripsi mea manu, quam ad verbum recitavi Romae.

Hac die .....

8.

Eadem formula Professionis Fidei pro apostatis (Italice).

Io NN. ..... Figliuolo di .....
di mia età di anni .... costituito personalmente in giudizio, ed inginocchiato avanti di Voi..... essendo presenti ecc. avendo avanti gli occhi miei li sacrosanti Evangeli, che tocco colle proprie mani, e sapendo, che niuno può salvarsi fuori di quella Fede, che tiene, crede, predica, professa ed insegna la Santa Cattolica ed Apostolica Romana Chiesa, contro la quale confesso, e mi dolgo d'aver gravemente errato.

Perchè .....

Ora dolente e pentito dei suddetti errori ed eresie, certo della falsità di essi e della verità della Santa Fede Cattolica, con cuor sincero e fede non finta, abiuro, detesto e maledico i suddetti errori ed eresie, e generalmente ogni altro errore, eresia e setta contraria alla detta Santa Cattolica ed Apostolica Romana Chiesa. Accetto anco e prometto di adempire intieramente tutte le penitenze, che mi sono state, o mi saranno dal S. Offizio imposte: e contravvenendo io ad alcuna di dette mie promesse e giuramenti (il che Dio non voglia) mi sottometto a tutte le pene e gastighi, che sono dai sagri canoni, ed altre costituzioni generali e particolari contro simili delinquenti impo-

ste e promulgate. Così Dio mi aiuti e questi suoi SS. Evangeli, che tocco colle proprie mani.

Io ..... suddetto ho abiurato, giurato, promesso, e mi sono obbligato come sopra, ed in fede del vero ho di propria mano (*sottoscritto* o *crocesegnato*) la presente cedola di mia abiurazione, quale di parola in parola ho recitata in Roma.

Questo dì .....

9.

Formula brevior Professionis Fidei pro haereticis seu schismaticis orientalibus.

Ego N. N. ..... firma fide teneo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo Fidei, quo S. Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis; et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas; et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivicantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.

Credo Dominum Nostrum Iesum Christum, Deum et hominem esse, perfectum Deum perfectumque hominem; divinitatem et humanitatem ineffabili et incomprehensibili unione in una persona Filii Dei unum nobis Iesum Christum constituisse, eaque de causa Beatissimam Virginem immaculate conceptam vere esse Dei genitricem; duas in ipso Christo esse inconfuse naturas, duasque naturales voluntates, et duas naturales operationes.

Credo septem esse vere et proprie Sacramenta Novae Legis, a Christo Domino Nostro instituta ad salutem humani generis, quamvis non omnia singulis necessaria, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre, et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem iterari non posse.

Credo in azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, ac sub altera tantum specie totum atque integrum Christum sumi.

Credo matrimonii vinculum indissolubile esse, et quamvis propter adulterium, haeresim, aut alias causas possit inter coniuges thori et cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud matrimonium contrahere fas esse.

Credo si vere poenitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas poenis Purgatorii post mortem purgari, et ut a poenis huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesiae instituta; illorumque animas, qui post Baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae sunt purgatae, in caelum mox recipi, et intueri clare Deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate, alium alio perfectius; illorum autem animas, qui in actuali mor-

tali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

Credo S. Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum Patrem et Doctorem existere, et ipsi in B. Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino Nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse.

Caetera item omnia a SS. Canonibus et Oecumenicis Conciliis, ac praecipue a Florentina, Tridentina et Vaticana Synodo tradita, definita ac declarata, praesertim de Romani Pontificis primatu et infallibili magisterio, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia et schismata et haereses ab Ecclesia damnatas, ego quoque reiicio et damno. Hanc veram fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam sponte profiteor et veraciter teneo, hanc ipsam omnino usque ad extremum vitae meae spiritum, Deo adiuvante, volo retinere et profiteri.

Sic ego N. *(ponit dexteram supra S. Evangelium)* promitto et iuro. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

10.

Eadem formula Professionis Fidei pro haereticis seu schismaticis orientalibus (Italice).

Io. NN. ..... con ferma fede ritengo e confesso tutte e singole quelle cose, che sono contenute nel simbolo della Fede, del quale si serve la Santa Romana Chiesa, cioè: Credo in un Dio, Padre onnipotente, Creatore del cielo e della terra, delle cose visibili e delle invisibili. Credo nel Signor Gesù Cristo, Figlio Unigenito di Dio, e nato da Padre prima di tutti i secoli: Dio procedente da Dio, luce dalla luce,

Dio vero da Dio vero; generato, non fatto, consustanziale al Padre, per mezzo del quale tutte le cose sono state create; il quale discese dal cielo per amore di noi uomini, e per la nostra salute; s'incarnò nelle viscere di Maria Vergine per opera dello Spirito Santo, e si fece uomo. Fu crocifisso anche per noi, sotto Ponzio Pilato patì e fu sepolto. Risuscitò il terzo giorno secondo le scritture, e ascese al cielo ove siede alla destra del Padre. Di nuovo deve venire gloriosamente per giudicare i vivi ed i morti, e il suo regno non avrà mai fine. Credo nello Spirito Santo, Signore e vivificatore, che procede dal Padre e dal Figliuolo, che viene adorato e glorificato insieme col Padre e col Figliuolo, il quale ha parlato per mezzo dei Profeti. Credo l'Unica, Santa, Cattolica e Apostolica Chiesa. Confesso un solo Battesimo per la remissione dei peccati; aspetto la Risurrezione dei Morti e la vita ventura. Amen.

Credo che il Nostro Signore Gesù Cristo è Dio e Uomo, Dio perfetto e Uomo perfetto; che la divinità e l'umanità per una ineffabile ed incomprensibile unione nella stessa persona del figlio di Dio ci ha dato Gesù Cristo, e per questa ragione credo che la Beata Vergine concepita senza peccato è veramente Madre di Dio: credo che due sono le nature in Cristo inconfuse, due le volontà naturali e due naturali operazioni.

Credo che sette sono i Sacramenti della Nuova Legge, istituiti da Gesù Cristo per la salute del genere umano, sebbene non siano tutti necessari a tutti, cioè il Battesimo, la Cresima, l'Eucaristia, la Penitenza, l'Estrema Unzione, l'Ordine e il Matrimonio, e credo che questi Sacramenti conferiscano la grazia e che fra questi il Battesimo, la Cresima e l'Ordine non possono ripetersi.

Credo che nel pane azimo e nel fermentato pane di grano si contiene in verità il corpo di Gesù Cristo, e sotto di una sola specie si riceve tutto intiero Gesù Cristo.

Credo che il vincolo del matrimonio è indissolubile, e sebbene a cagione di adulterio, di eresia, e per altre cause

si possa fare la separazione tra i coniugi, tuttavia non è ad essi permesso di contrarre Matrimonio con altri.

Credo che, se veramente pentiti muoiono i fedeli prima di aver fatto degni frutti di penitenza per i peccati commessi, le loro anime vengono dopo la morte purgate colle pene del Purgatorio, ed, affinchè possano essere sollevate da queste pene, credo che giovino ad essi i suffragi dei fedeli viventi, cioè i Sacrifici delle messe, le orazioni, l'elemosine e le altre opere di pietà, che dai fedeli si usano fare per gli altri fedeli, secondo gli statuti della Chiesa, e credo che le anime di coloro, che dopo aver ricevuto il Battesimo non commisero alcun peccato, come quelle che commisero peccato e poi ne hanno fatto penitenza o nei propri corpi o spoglie dei propri corpi, subito sono ricevute nel cielo, ed intuiscono chiaramente Dio, Trino ed Uno come egli è, più o meno perfettamente secondo la diversità dei meriti di ciascuno; credo poi, che le anime di coloro, che muoiono in peccato attuale mortale o nel solo originale, subito discendono nell'inferno; sono però punite con pene diverse.

Credo che la Santa Sede Apostolica ed il Romano Pontefice tengono il Primato sopra il mondo; che lo stesso Pontefice è successore di Pietro, Principe degli Apostoli, e vero Vicario di Cristo, Capo di tutta la Chiesa, Padre e Dottore di tutti i Cristiani; ed a lui fu dato nella persona di Pietro da Gesù Cristo Nostro Signore la piena potestà di pascere, di reggere e di governare la Chiesa.

Credo ancora tutte le altre cose dai Sacri Canoni, dai Concili Generali, specialmente dal Sinodo Florentino, Tridentino e dal Vaticano stabilite, definite e dichiarate, specialmente per ciò che riguarda il Primato e l'Infallibilità del Romano Pontefice; senza dubî ricevo queste verità e le confesso. Similmente tutte le altre cose contrarie, e gli scismi e le eresie condannate dalla Chiesa io ancora riggetto e condanno. Questa vera fede, fuori della quale nessuno può esser salvo, che spontaneamente professo e veracemente

ritengo, questa stessa, fino agli estremi momenti di mia vita, coll'aiuto di Dio, voglio ritenere e confessare.
Così io ..... pormetto e giuro.
Così mi aiuti Iddio e questi Santi Evangeli di Dio.

11.

Formula abiurationis et professionis fidei pro iis, qui in haeresim veterum catholicorum *lapsi sunt.*

Ego N. N. ..... oppidi (vel civitatis) ..... aetatis meae annorum ..... genuflexus coram Te Rmo Domino ..... specialiter delegato, praesentibus ut testibus N. N., ... tangens mea manu Sancta Dei Evangelia profiteor firmiter tenere ac credere, quod nemo possit aeternam salutem consequi nisi sincero corde credat ac teneat omnia, quae credit et docet Sancta Mater Ecclesia Catholica Apostolica Romana. Adversus quam Christi Ecclesiam ex animo doleo graviter me errasse, quia adhaesi et professus sum errores sectae sic dictae *veterum catholicorum.*

Nunc vero, per gratiam Dei dolens ex intimo corde ac poenitens me praedictae sectae haereticae adhaesisse, illam detestor atque sincere abiuro; eodemque animo detestor ac maledico caeteros errores ac sectas Sanctae Catholicae Apostolicae Romanae Ecclesiae contraria.

Tandem credo et profiteor omnes et singulas veritates atque dogmata revelata, quae tenet atque docet Sancta Mater Ecclesia. Credo etiam et profiteor omnia et singula, quae a Sacrosancto Oecumenico Concilio Vaticano ad credendum proposita sunt.

Credo et profiteor Summum Pontificem Romanum esse Caput et Pastorem supremum omnium fidelium a Christo Domino Nostro positum ad regendam, pascendam et gubernandam universam Ecclesiam, cui propterea uti Magistro infallibili ab omnibus fidelibus est obediendum.

Sic Deus me adiuvet et haec Sancta Evangelia, quae propriis manibus tango.

Huic catholicae fidei professioni, quam teneo, subscribo mea manu.

His peractis sacerdos, qui abiurationem accepit, folium subscribat hoc modulo:

Praedictus ..... *fuit per me delegatum expeditus in forma Ecclesiae consueta die* .....

Ita est. Ego sacerdos .....

N. B. – *Postquam poenitens conversus supradictam recitaverit suae abiurationis insimul ac fidei professionis formulam, debet a sacerdote delegato paucis ac piis verbis excitari ad eliciendum contritionis internum actum, eique assignandae sunt aliquae spirituales poenitentiae, quae vel in pietatis operibus vel in precibus consistere solent. Tandem conversus, adhuc genuflexus, absolvatur modo et formula num. 15 indicata. Advertendum insuper, quod vi huius absolutionis poenitens in foro Ecclesiae externo reconciliatur, omnique liberatur censurae vinculo, unde postmodum sacramentaliter absolvi poterit a quocumque confessario per Ordinarium approbato.*

12.

Formula facultatis recipiendi spontaneam abiurationem.

Die .....

Sacra Congregatio S. Officii facultatem concessit ..... recipiendi absque interventu notarii ..... spontaneam comparitionem ..... nec non eiusdem abiurationem sectae ..... e.....mque deinde absolvendi a censuris, et in sinum S. M. E. recipiendi iuxta adnexas instructiones.

13.

Formula spontaneae abiurationis haereticorum.

Die ..... anni .....
Sponte personaliter comparuit coram me infrascripto ad hunc actum tantum a Sacra Congregatione S. Officii specialiter delegato, sistente ..... praesentibus testibus N. N. et N. N. ..... N. N. fili ..... ort ..... in ..... modo degens ..... in via ..... annorum ..... qu....., delato ei iuramento veritatis dicendae, quod praestitit tactis SS. Dei Evangeliis, exposuit ut infra, videlicet:
Sisto me Tibi specialiter delegato ad exponendum me hucusque pertinuisse ad sectam ..... in qua natus sum et educatus. Divina autem dispositione in dogmatibus Sanctae Catholicae et Apostolicae Romanae Ecclesiae institutus, et convictus ipsam esse unicam Ecclesiam, in qua ad aeternam perveniri possit salutem, supplico ut eidem reconcilier.
Quibus habitis et acceptatis, in confirmationem praemissorum se subscripsit.
Acta sunt haec per me ..... a Sacr. Congr. S. Officii ut supra delegatum.

14.

Eadem formula spontaneae abiurationis haereticorum (Italice).

Die ..... anni .....
Sponte personaliter comparuit coram me infrascripto ad hunc actum tantum a Sacra Congregatione S. Officii specialiter delegato, sistente ..... praesentibus testibus N. N. et N. N. ..... N. N. fili ..... ort ..... in ..... modo degens ..... in via .....

annorum _____ qu_____, delato ei iuramento veritatis dicendae, quod praestitit tactis SS. Dei Evangeliis, exposuit ut infra, videlicet:

Mi presento a V. _____ come specialmente autorizzata per esporle d'avere fino a questo punto appartenuto alla setta _____ nella quale sono nato, e sono stato allevato. Per divina disposizione essendo stato istruito nei dogmi della Santa Cattolica ed Apostolica Romana Chiesa, e convinto essere questa l'unica Chiesa nella quale si conseguisce l' eterna salute, imploro di essere alla medesima riconciliato.

Quibus habitis et acceptatis, in confirmationem praemissorum se subscripsit.

Acta sunt haec per me _____ a S. Congregatione S. O. ut supra delegatum.

15.

Formula absolutionis post peractam abiurationem impertiendae.

Recitatur psal. *Miserere,* vel *De Profundis* cum *Gloria Patri etc.* Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvum fac famulum tuum Domine.
℟. Deus meus sperantem in Te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad Te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat. Per Christum etc.

Auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absolvo te a vinculo excommunicationis, quam incurristi, et restituo te sacrosanctis Ecclesiae Sacramentis, Communioni et Unitati fidelium in Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

AVVERTIMENTI.

1.° *Il Penitente dovrà in ginocchio recitare la formola dell' abiura, toccando i SS. Evangeli colla destra. Quindi sottoscriverà l' abiura, e non sapendo scrivere farà il segno di Croce.*

2.° *Il Delegato stando a sedere reciterà uno dei detti Salmi, si alzerà in piedi al* Kyrie *standovi a tutta l' Orazione. Dipoi sederà dando l' assoluzione, alla quale, se l' abiura fosse solamente di grave o di leggiero sospetto di eresia, aggiungerà l'avverbio* forsan, *dicendo* quam forsan incurristi. *Imporrà qualche penitenza salutare all'abiurante, che per solito consiste in orazioni vocali, visite di chiese, e simili. Sottoscriverà in fine l' abiura così:* In executionem ordinum Sac. Congregationis S. Officii supradictus (*il nome dell'abiurante*) fuit per me delegatum expeditus cum abiuratione de formali (*oppure*) de vehementi, *o* de levi (*come sarà*) et poenitentiis salutaribus in forma Ecclesiae consueta his die et anno praedictis.

Ita est. Ego .....

3.° *Avverta in fine il delegato di rimandar originalmente al S. Offizio l'abiura, la lettera facoltativa, la presente istruzione, e tutt' altro che avesse circa tal materia, senza ritener cosa alcuna nemmen in copia.*

16.

Litterae testimoniales abiurationis.

Cunctis notum sit ..... N. N. ..... nat ....., ut dixit ..... die ..... mensis ..... anni ..... abiurasse haereses et errores ..... una cum omnibus et singulis aliis haeresibus et erroribus, quomodolibet S. Catholicae et Apostolicae Romanae Ecclesiae contrariis, die ..... mensis ..... anni ..... coram R. P. D. ..... Commissario Generali S. Officii proindeque fuisse ab eo in forma Ecclesiae consueta absolut ..... a sententia excommunicationis propterea incursa et S. R. E. reconciliat ..... iniunctis ei poenitentiis salutaribus. Praesentibus testibus N. N. ..... et ..... N. N. .....

In quorum fidem etc. Datum Romae ex aedibus S. O. die ..... mensis ..... anni .....

17.

Formula pro facultate recipiendi in Ecclesiam et admittendi ad SS. Ordinum exercitium sacerdotes et diaconos Iacobitas in Malabaria (India Orient.), retentis uxoribus secundarum etiam nuptiarum (1).

SSm̃us etc. ..... quo facilius acatholicis Syriaci ritus in Malabaria pateat via redeundi in sinum S. Ecclesiae Catholicae, R. P. D. Delegato Apostolico Indiarum Orientalium impertiri dignatus est facultates necessarias et opportunas ad annum:

---

(1) Haec formula in similibus casibus conversionis schismaticorum Orientalium mutatis mutandis adhiberi potest.

1.° Ut praevia abiuratione et fidei professione, impositisque poenitentiis salutaribus, diaconos et presbyteros memorati ritus sive per se sive per Vicarium Apostolicum aliamve ecclesiasticam personam ab eodem Vicario specialiter deputandam, absolvere possit a censuris, eosque in sinum Catholicae Ecclesiae recipere et dispensare super irregularitate ex bigamia aut alias quomodolibet incursa; eisque etiam si post S. Ordinationem primo nuptias contraxerunt, vel praemortua S. Ordinationi uxore ad secundas nuptias post sacros ordines transierunt, permittere valeat, ut in matrimonio permaneant, necnon ad sacrorum ordinum exercitium admittere, dummodo de eorum valore constet.

2.° Ut cum iisdem diaconis et presbyteris dispensare valeat super iis impedimentis matrimonialibus, super quibus facultate dispensandi auctus est, si eorum coniugio aliquod ex iis obstet, renovato ab eis consensu.

Et ad mentem : Mens est, ut cum peculiaris haec S. Sedis benignitas eo potissimum spectet, ut conversio acatholicorum Syriaci ritus promoveatur, nec proinde deceat, ut quibus ea impertitur, in eorum domibus et sub eorum potestate vivant, qui adhuc extra veram Ecclesiam perseverent, enixe curet idem Apostolicus Delegatus, quique ab eo deputandi erunt, ut antequam neoconversi ad sacras functiones peragendas admittantur, eorum uxores filiique ad catholicam fidem reducantur, et suo tempore referat, quibus in casibus et quanto cum animarum lucro hisce facultatibus usus fuerit.

18.

Similis formula pro casu particulari.

Emi ac R.R DD. decreverunt: Suppl. SSmo pro gratia qua R. P. D. ..... presbyterum NN. praevia abiuratione ac fidei professione, impositisque poenitentiis salutaribus sive per se sive per alium absolvere possit

a censuris, et cum eo dispensare super irregularitate, (necnon super impedimento 2^i^ in 1^o^ affinitatis gradu), ipsumque ad matrimonium cum muliere, de qua in precibus, renovato consensu, contrahendum, et constito de validitate Ordinationis ad Sacrum ministerium exercendum admittere. Curet vero totis viribus idem R. P. D. ..... ut sive ante sive post matrimonium praefata mulier, et saltem filiae quibuscum praedictus sacerdos vivit, ad Catholicam fidem convertantur.

19.

Formula pro facultate permittendi ritus mutationem in favorem fidei.

Emi ac Revmi DD. decreverunt: Concedendam esse Episcopo facultatem ad quinquennium, ut quando Orientales schismatici aut haeretici ad fidem Catholicam converti renuant, nisi ad Latinum ritum transire eis permittatur, idem Episcopus, graviter onerata eiusdem conscientia, diligens examen instituat super veritate et gravitate motivorum in singulis casibus concurrentium; quodsi post huiusmodi investigationem satis constiterit gravia illa motiva intercedere, et casum esse urgentem, tunc utendo Apostolica facultate, transitum ad ritum Latinum concedere valeat. Si vero casus moram patiatur, tunc sollicitus erit accuratam eius expositionem cum singulis adiunctis et rationibus ad S. Sedem transmittere, suam opinionem ei patefacere, atque ipsius iudicium praestolari (1).

---

(1) Huic formulae antea adiunctum erat: *Et ad mentem.* – « La mente è che nello spedire il Rescritto si « aggiunga l'altra clausula « *inhibito iis, qui ex* « *dispensatione Latinum ritum semel fuerint amplexi, quocumque regressu ad ritum dimissum* » « atque decretum S. Congregationis de Propag. 13 « Martii 1759 a Clemente XIII approbatum nempe:

II.

Formulae pro Rescriptis Matrimonialibus.

20.

Formula dispensationis a matrimonio rato et non consummato.

Feria .....

In Congregatione Generali S. R. et Universalis Inquisitionis, habita ab Eñis ac Revñis DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, propositis et examinatis actis in Archiepiscopali (*vel* Episcopali) Curia ..... ex legitima delegatione S. Sedis per tramitem S. C. S. O. facta die ..... confectis super praetensa non consummatione matrimonii initi

---

« SSñi Domini N. auctoritate permitti posse censuit « Sacra Congregatio, ut uxores suorum virorum « sequantur ritum, (*dummodo uxor non sit ritus « Latini, quo casu inconsulta Sede Apostolica ad « mariti ritum transire non permittatur*) ».

Prior clausula parum immutanda est secundum Litteras Apostolicas Leonis XIII *Orientalium* 30 Nov. 1894 n. VII statuentes: « *Orientalibus qui ritum latinum, etiamsi ex pontificio rescripto, susceperint, revertere ad pristinum, Apostolica Sede exorata, licebit* ». – Decreto vero S. C. de Propag. Fide per easdem Apostolicas Litteras omnino derogatum fuit. Numero enim VIII decernitur: « *Mulieri latini ritus, quae viro nupserit ritus orientalis, aeque ac mulieri orientali quae nupserit latino, integrum erit, ut ad ritum viri, ineundo vel durante matrimonio, transeat; matrimonio autem soluto, resumendi proprii ritus libera erit potestas* ».

die ..... in ecclesia loci ..... Dioecesis ..... inter N..... et N..... ac perpensis omnibus tum iuris tum rationum momentis; praehabitoque voto RR. DD. Consultorum; iidem Emi ac Rmi DD. decreverunt: (*segue la formola del decreto*).

Insequenti vero v. g. feria VI eiusdem mensis et anni in solita audientia R. P. D. ..... impertita, facta de his omnibus relatione Sanctissimo Domino Nostro Papae ....., eadem Sanctitas Sua benigne annuit pro gratia dispensationis iuxta EE. PP. suffragia.

21.

Formula ad declarandum matrimonium validum, nullum vel non probatum nullum.

Feria .....

In Congregatione Generali S. R. et Universalis Inquisitionis, habita ab Emis ac Rmis DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, proposita causa super praetensa nullitate matrimonii initi ab N. N. cum N. N., perpensis omnibus tum iuris tum facti rationum momentis, praehabitoque etc. decreverunt (*segue il decreto*).

22.

Formula ad ferendam sententiam in causis matrimonialibus in secunda instantia.

In Congregatione Generali S. R. et Universalis Inquisitionis, proposito suprascripto supplici libello, rite examinatis actis in Archiepiscopali (*vel* Episcopali) Curia confectis, perpensis omnibus tum iuris tum facti rationum momentis, praehabitoque voto RR. DD. CC., Emi ac Rmi DD. Cardd., in rebus fidei et morum Inquisitores Generales decreverunt: (*segue il decreto*).

N. B. – *Se la causa viene riproposta, o perchè* in via di mera grazia si è ottenuto il *beneficium novae audientiae*, oppure perchè la prima sentenza lasciava aperto l'adito a nuova proposizione, perchè così formulata: *Ex deductis non constare* etc. allora nella sentenza si dice: *Iterum examinatis processus actis;* e si aggiunge: *una cum noviter productis documentis etc.* se questi furono veramente addotti.

23.

Formula pro matrimonii sanatione in radice.

Feria .....

SSmus etc., attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus et indubiis resipiscentiae signis orat..... cathol.... NN., benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii N., qui, quatenus utraque pars in consensu de praesenti perseveret, sanare valeat in radice matrimonium initum ab ips.... catholic.... NN. cum acatholic.... NN. (*se ha luogo aggiungasi per es.* in secundo consanguinitatis gradu cum orat..... coniunct....). Ipse vero R. P. D. Ordinarius in hoc sibi commisso munere explendo declaret, se agere nomine Sanctitatis Suae, et tamquam ab Apostolica Sede specialiter delegatum, serio moneat orat..... de gravissimo patrato scelere; salutares ei poenitentias imponat; (*quando le parti avessero contratto coram ministello si aggiunge*: a censuris absolvat); simulque declaret ob praesentem dispensationis gratiam, a se acceptatam, matrimonium fieri validum, legitimum et indissolubile iure divino, et prolem susceptam vel suscipiendam legitimam habendam esse. Orat..... etiam gravissime imponat et declaret obligationem qua semper tenetur, procurandi pro viribus sedulo-que conversionem coniugis ad catholicam fidem, et prolis utriusque sexus tam natae quam nasciturae in catholica religione educationem.

Cum autem de matrimonii validitate in foro externo constare debeat, idem R. P. D. Ordinarius nomen cum consueta personali indicatione tam mulieris quam viri in regestis describi iubeat, simulque autographum documentum praesentis concessionis, communicationis, acceptationis, absolutionis et declarationum oratorum ut supra factarum servetur in Curia Episcopali (vel Archiepiscopali) et exemplar authenticum eidem orat .. sedulo custodiendum tradatur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

N.B. – *In questa formola si aggiunge dopo le parole*: in consensu de praesenti perseveret, *la clausola:* praevia abiuratione mulieris vel viri (*secondo i casi*), *quando o l'una o l'altro si converta alla fede.*

Finalmente si aggiunge l'avverbio forsan susceptam vel suscipiendam, *quanto alla prole o nata o nascitura, quando di essa non si è fatta parola nell'istanza.*

24.

Formula pro dispensatione ab impedimento disparitatis cultus.

Beatissime Pater,

N. N. ..... catholic..... Dioecesis ..... ad pedes Sanctitatis Vestrae provolut .. humiliter implorat dispensationem ab impedimento disparitatis cultus, ut matrimonio uniri possit cum N. N. .....

Causae sunt: .....

Feria..... die.....

Sanctissimus D. N. D. .. .. Divina Providentia Papa in audientia ..... impertita vel

per facultates ..... impertitas (1) benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii ..... qui ..... dispensare valeat (2) ..... catholic..... ..... ab impedimento disparitatis cultus ut valide, licite et legitime matrimonium contrahere possit cum N. N. ..... dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia praescriptis, praesertim de amovendo a coniuge catholic..... omni perversionis periculo, de conversione coniugis ab ill..... pro viribus procuranda ac de universa prole utriusque sexus omnino baptizanda et in catholicae religionis sanctitate educanda, et dummodo (*trattandosi di matrimonio con persona ebrea*) neque ante neque post matrimonium, coram parocho catholico initum, partes adeant rabbinum ad matrimonium iudaico ritu celebrandum. Iuxta instructionem alias datam matrimonium celebretur privatim, extra ecclesiam et absque ullo ritu ecclesiastico. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

---

(1) Semel pro semper advertere placet: 1.° plura ex rescriptis S. O. interdum posse, v. g. tempore feriarum, expediri extra audientiam *per facultates* R. P. D. Adsessori seu Commissario tributas: 2.° hinc modulos insequentes generatim ita fuisse typis impressos, ut spatium aliquod exhibeant, in quo pro re nata opportune inscribi queant verba: *in solita audientia* vel potius *per facultates.*

(2) *Post verbum* valeat *sequebantur clausulae:* « intra fines suae Dioecesis » *et* « facta etiam potestate subdelegandi si opus sit ». *Prior clausula fuit expuncta decreto fer. IV, diei 1 Iulii 1896; altera decreto seu potius declaratione fer. IV diei 18 Decembris 1898.*

N. B. – *Se vi è speranza, che la parte non battezzata si converta dopo il matrimonio, allora si premette al rescritto questa clausola* : Qui curet prius totis viribus ut vir vel mulier (*secondo che trattasi di un giudeo o di una ebrea*) instruatur et baptizetur *saltem secreto,* et si id obtinere nequeat, dispensare valeat etc.

Se poi apparisce da tutte le circostanze, che la parte non battezzata non è mal disposta verso la religione cattolica, allora si premette al rescritto la seguente clausola : « Qui curet prius totis viribus, ut vir vel mulier instruatur vel baptizetur *saltem secreto,* et si id obtinere nequeat, deterreat mulierem ab hoc matrimonio, et quatenus nihil proficiat dispensare valeat ». *Oppure prima si scrive alla Curia nello stesso senso, invitando l' Ordinario a riferire in proposito sulle risultanze col decreto:* et iterum referat.

Talvolta se nella diocesi, in cui deve darsi esecuzione al rescritto di dispensa dalla disparità di culto, potesse sorgere scandalo fra i fedeli, allora si premette la clausola : « Qui remoto scandalo etc. »

25.

Formula pro dipensatione ab impedimento mixtae religionis.

Beatissime Pater,

..... catholic..... Dioecesis .....
..... ad pedes Sanctitatis Vestrae provolut.....
humiliter implorat dispensationem ab impedimento mixtae religionis, ut matrimonio uniri possit cum acatholic.....
Causae sunt: .....

Feria..... die .....
Sanctissimus D. N. D..... Divina Providentia PP. .....
impertit remisit preces prudenti arbitrio et con-

scientiae R. P. D. Ordinarii ..... qui ..... dispensare valeat, ... catholic..... ab impedimento mixtae religionis, ut licite et legitime matrimonium contrahere possit cum acatholic..... dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia praescriptis, praesertim de amovendo a coniuge catholic.... perversionis periculo, de conversione coniugis acatholic.... ab ill.... pro viribus curanda ac de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino educanda, et dummodo neque ante neque post matrimonium, coram parocho catholico initum, partes adeant ministrum acatholicum. Iuxta instructionem alias datam matrimonium celebretur privatim, extra ecclesiam et absque ullo ritu ecclesiastico. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

N. B. – *Quando le domande per dispense di mista religione o di disparità di culto vengono direttamente dai Vescovi d' Italia, si suole apporre nei rescritti la seguente mente, vale a dire:* che in tali dispense essi si astengano dal prendere l'iniziativa.

26.

Variae clausulae, quae pro diversis adiunctis occurrentibus apponuntur rescriptis dispensationum super mixta religione.

Nei rescritti di dispensa dall' impedimento di mista religione si suole apporre la seguente clausola, che viene comunemente sotto il nome di Mente, *quante volte gli oratori sono in concubinato:* Praevia partium separatione per aliquod tempus R. P. D. Ordinario benevisum (si tamen id absque gravi damno fieri possit) ut vir vel mulier (*secondo i varii casi*) rite disponatur ad gratiam recipiendam.

Se poi gli oratori avessero contratto matrimonio coram ministello, allora si premette al rescritto la seguente

clausola : « Qui praevia absolutione a censuris partis catholicae, eidemque impositis poenitentiis salutaribus dispensare valeat etc. » *e inoltre si tolgono nel rescritto le parole :* et dummodo neque ante neque post matrimonium coram parocho catholico initum partes adeant ministrum acatholicum.

Se poi la parte ricorrente è anch'essa acattolica, ma sta per convertirsi alla fede prima di sposare l'acattolico, si dice : praevia abiuratione oratoris vel oratricis etc.

Se si tratta di matrimonî da contrarsi nell' Ungheria allora si adopera questa clausola : « qui, dummodo exhibeantur in Curia formales cautiones, de quibus infra, ab utraque parte, et R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri ».

Per gli scismatici si adopera la stessa clausola, ma si sostituisce alle parole formales cautiones *la formola:* formales et iuratae cautiones.

L'una e l'altra clausola si suole apporre anche nei rescritti fuori d'Ungheria o per i non scismatici, se si dubita in qualche modo dell'esatto adempimento delle cauzioni.

Quando la parte acattolica è scismatica, dove si parla della prole, alle parole et educanda *si premette :* baptizanda.

Quando ambedue od una delle parti sono della Russia, allora si appone nel rescritto di mista religione la seguente mente o condizione : dummodo personae uniendae redire non teneantur in Russiam ratione domicilii vel bonorum ibidem possessorum ad evitandas molestias et bonorum proscriptionem.

Quando mancano le cauzioni e vi è urgenza di spedire il rescritto, allora si appone questa clausola: qui datis prius formiter in Curia cautionibus, de quibus infra, ab utraque parte.

La stessa clausola si adopera, quando nell'istanza si accenna a cauzioni non integre, oppure quando queste furono promesse soltanto e non date formalmente.

Quando i ricorrenti si trovano in concubinato e da questo illecito commercio hanno avuto uno o più figli e non

si fa parola della loro cattolica educazione, allora si premette la clausola: dummodo cautum sit etiam prolis iam natae educationi catholicae.

Quando la parte acattolica dà speranza di convertirsi dopo il matrimonio, allora si adopera la seguente clausola: « Qui curet prius totis viribus conversionem viri vel mulieris (*secondo che la parte acattolica è uomo o donna*), et si id obtinere nequeat, dispensare etc. »

Quando poi la parte acattolica dà speranza di convertirsi, ma per circostanze particolari dice di non poter farlo subito, si aggiunge alla clausola: « Qui curet prius totis viribus conversionem partis acatholicae saltem secretam etc. »

Finalmente, quando c'è speranza di far desistere la parte cattolica dal matrimonio misto, allora si premette la seguente clausola: « Qui curet prius totis viribus conversionem mulieris vel viri (*come sopra*) et, si id obtinere nequeat, deterreat totis viribus mulierem vel virum ab huiusmodi matrimonio, et quatenus nihil proficiat dispensare valeat ». *Oppure prima di concedere la dispensa si scrive alla Curia nello stesso senso, invitando l'Ordinario a riferire in proposito sulle risultanze col decreto:* denuo referat.

La clausola « Qui curet prius etc. » *non ha più luogo nel rescritto, quando l'Ordinario o il parroco degli oratori riferisce, che ha fatto il possibile per la conversione della parte acattolica e che i suoi tentativi sono riusciti vani all'uopo.*

27.

Formula pro dispensatione ab impedimento disparitatis cultus vel mixtae religionis concurrente alio impedimento dirimente.

Beatissime Pater

N. N. ..... catholic ..... Dioecesis ..... ad pedes Sanctitatis Vestrae provolut... ..... humiliter implorat dispensationem ab impedimento disparitatis cultus (vel mixtae religionis) et ..... (e. g. affinitatis in 1.° gradu lineae collateralis), ut matrimonio uniri possit cum acatholic .....
Causae sunt: .....

Feria ..... die .....
Sanctissimus D. N. D. ..... Divina Providentia Papa ..... impertita ..... benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii ..... qui ..... dispensare valeat N. N. mulierem (vel virum) catholicam ab impedimento disparitatis cultus (vel mixtae religionis) et ab impedimento (e. g. affinitatis in 1.° gradu lineae collateralis), ut valide, licite et legitime matrimonium contrahere possit cum acatholic ..... dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia praescriptis, ac praesertim de non sistendo coram ministro acatholico neque ante neque post catholicam matrimonii celebrationem, de amovendo a coniuge catholico (vel catholica) omni perversionis periculo, de conversione coniugis acatholici (vel acatholicae) ab illa (vel ab illo) pro viribus curanda, ac de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate baptizanda et educanda.
In reliquis stet Instructioni alias datae.

N. B. – *Si appongano in questo rescritto le clausole, che si trovano al n. 26 secondo che saranno ordinate.*

28.

Formula facultatis bifurcae (*vulgo dicta* biforcata) *scilicet vel dispensandi vel sanandi in radice, prouti matrimonium coram ecclesia obtineri potest necne.*

Feria ..... die .....
SSmus D. N. D. ..... Div. Prov. PP. .....
..... impertita ..... remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii ..... qui .....
dispensare valeat .....
..... catholic ..... ab impedimento .....
..... ut valide, licite et legitime matrimonium contrahere possit cum .....
dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia praescriptis, praesertim de amovendo a coniuge cath. perversionis periculo, de conversione coniugis acath. ab ill..... pro viribus curanda ac de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino educanda, et dummodo neque ante neque post matrimonium coram parocho catholico initum partes adeant ministrum acatholicum. In reliquis stet Instructioni alias datae.

Quodsi id nequeat obtineri, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus et indubiis resipiscentiae signis Orat..... cath..... eadem Sanctitas Sua benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii..... qui, dummodo utraque pars in consensu de praesenti perseveret, sanare valeat in radice matrimonium initum ab ips..... catholic..... cum.....

Ipse vero R. P. D. Ordinarius in hoc sibi commisso munere explendo declaret se agere nomine Sanctitatis Suae, et tamquam ab Apostolica Sede specialiter Delegatum. Serio moneat orat..... de gravissimo patrato

scelere, salutares ei poenitentias imponat, a censuris absolvat, simulque declaret ob praesentem dispensationis gratiam a se acceptatam matrimonium fieri validum, legitimum et indissolubile iure divino, et prolem susceptam vel suscipiendam legitimam habendam esse. Orat..... etiam gravissime imponat ac declaret obligationem, qua semper tenetur curandi pro viribus seduloque conversionem ..... ad religionem catholicam, et prolis utriusque sexus tam natae quam nasciturae in catholica religione educationem. – Cum autem de matrimonii validitate in foro externo constare debeat, idem R. P. D. Ordinarius nomen cum consueta personali indicatione tam mulieris quam viri in Regestis describi iubeat, simulque autographum documentum praesentis concessionis, communicationis, acceptationis, absolutionis et declarationum orat..... ut supra factarum servetur in Curia..... et exemplar authenticum eidem orat..... sedulo custodiendum tradatur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

29.

Litterae, quae dispensationi ab impedimento mixtae, religionis semper adiunguntur, vel quum mulier est acatholica vel quum vir acatholicus paratus est convertere tamen post matrimonium.

Illme ac Rme Domine,

His adiunctum litteris Amplitudo Tua accipiet rescriptum, quo dispensatio conceditur catholic..... ut cum acatholic..... matrimonium inire valeat. Mens tamen est Eminentissimorum Patrum Inquisitorum Generalium, ut quatenus ante nuptias pars acatholica ad veram religionem adduci nequiverit, post ipsas saltem, eo quo flagras animarum lucrandarum studio, enitaris, ut catholicae religionis excellentiam ac sanctitatem opportune edocta,

tandem aliquando eam amplectatur, adhibita etiam ad hunc sanctissimum finem assequendum opera parochi aliorumque, quos idoneos iudicaveris, quorumque caritatem et zelum opportunis argumentis inflammandum curaveris. Quodsi curae tuae optatum exitum non sortientur, illud saltem quo meliori modo fieri poterit cavebis, ne ex huiusmodi nuptiis pernicies illa tantopere deploranda dimanet, quae indifferentismus religiosus audit, omnique industria solertiaque advigilabis, ut praestitae cautiones religiose serventur, monita parte catholica, ut onus, quod sibi sumpsit curandae conversionis alterius partis et prolis universae in religionis nostrae sanctitate educandae, maximi faciat, sciatque ni illud sedulo adimpleat, maximo se piaculo obstringi. Erit etiam parochi eam in re tanti momenti consilio et opera sua iuvare, simulque efficere, ut eo diligentius proles ex hoc coniugio nascitura catholicam doctrinam edoceatur, quo graviora illi pericula imminere ipse parochus perspiciet. Quodsi, ut aliquoties contingit, qui huiusmodi nuptias inierunt, alio domicilium transferant, parochus novi domicilii moneatur, ut et ipse easdem curas in se suscipiat.

Haec ex mente Supremae Congregationis significanda a me erant Amplitudini Tuae, cui bona cuncta precor a Domino.

Amplitudinis Tuae

Addictissimus in Domino

(*Firma dell'Assessore*)

R. P. Domino Ordinario
Dioecesis N. N.

30.

Instructio Antonelliana, circa assistentiam parochi et ritum ecclesiasticum in matrimoniis mixtis ad omnes Archiepiscopos, Episcopos, aliosque locorum Ordinarios de dispensationibus super impedimento mixtae religionis quoad promiscua coniugia.

Etsi Sanctissimus Dominus Noster Pius IX Pontifex Maximus gravissimis causis impulsus aliquod immutandum esse censuerit in formula dispensationum, quae ab hac Apostolica Sede conceduntur ad mixta ineunda matrimonia, veluti Amplitudo Tua ex adiecta formula intelliget, tamen idem Summus Pontifex de universi dominici gregis salute, sibi divinitus commissa, vel maxime sollicitus pro Apostolici ministerii sui munere non potest non summopere inculcare omnibus Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, ut sanctissima Catholicae Ecclesiae de hisce coniugiis documenta integra, et inviolata religiosissime serventur. Omnes enim norunt, quid ipsa Catholica Ecclesia de huiusmodi catholicos inter et acatholicos nuptiis constanter senserit, cum illas semper improbaverit, ac tamquam illicitas, planeque perniciosas habuerit, tum ob flagitiosam in divinis communionem, tum ob impendens catholico coniugi perversionis periculum, tum ob pravam sobolis institutionem. Atque huc omnino pertinent antiquissimi canones ipsa mixta connubia severe interdicentes, ac recentiores Summorum Pontificum sanctiones, de quibus immortalis memoriae Benedictus XIV loquitur in suis Encyclicis Litteris ad Poloniae Regni Episcopos, atque in celeberrimo opere, quod de Synodo Dioecesana inscribitur. Hinc porro evenit, ut haec Apostolica Sedes, ad quam unice spectat potestas dispensandi super huiusmodi mixtae religionis impedimento, si de canonum severitate aliquid remittens, mixta haec coniugia quan-

doque permiserit, id gravibus dumtaxat de causis aegre admodum fecit, et nonnisi sub expressa semper conditione de praemittendis necessariis opportunisque cautionibus, ut scilicet non solum catholicus coniux ab acatholico perverti non posset, quin imo catholicus ipse coniux teneri se sciret ad acatholicum pro viribus ab errore retrahendum, verum etiam, ut universa utriusque sexus proles ex mixtis hisce matrimoniis procreanda in sanctitate Catholicae Religionis educari omnino deberet. Quae quidem cautiones remitti, seu dispensari nunquam possunt, cum in ipsa naturali ac divina lege fundentur, quam Ecclesia, et haec Sancta Sedes sartam tectamque tueri omni studio contendit, et contra quam sine ullo dubio gravissime peccant, qui promiscuis hisce nuptiis temere contrahendis se, ac prolem exinde suscipiendam perversionis periculo committunt. Insuper in tribuendis huiusmodi dispensationibus praeter enunciatas cautiones, quae praemitti semper debent, et super quibus dispensari nullo modo unquam potest, adiectae quoque fuere conditiones, ut haec mixta coniugia extra ecclesiam, et absque parochi benedictione, ulloque alio ecclesiastico ritu celebrari debeant. Quae quidem conditiones eo potissimum spectant, ut in catholicorum animis nunquam obliteretur memoria tum canonum, qui istiusmodi mixta matrimonia detestantur, tum constantissimi illius studii, quo Sancta Mater Ecclesia nunquam destitit filios suos avertere ac deterrere ab iisdem mixtis coniugiis, in eorum et futurae prolis perniciem contrahendis.

Iam vero quod attinet ad praedictas conditiones de his nempe mixtis nuptiis extra ecclesiam, et sine parochi benedictione alioque sacro ritu celebrandis, cum conditiones ipsae in plurimis similium dispensationum rescriptis clare, aperteque fuerint enunciatae, in aliis vero permultis rescriptis haud explicite expressae, quamvis iisdem rescriptis implicite continerentur, idcirco Sanctissimus Dominus Noster pro summa ac

singulari sua prudentia hanc formularum varietatem de medio tollendam existimavit, ac iussit in posterum, unam eamdemque formulam esse adhibendam ab omnibus Congregationibus, per quas haec Apostolica Sedes dispensationes super hoc mixtae religionis impedimento concedere solet. Itaque, rebus omnibus maturo examine perpensis, temporumque ratione habita, et iis consideratis, quae a pluribus Episcopis exposita fuere, atque in consilium adhibitis nonnullis S. R. E. Cardinalibus, idem Sanctissimus Dominus Noster constituit, in harum dispensationum concessione utendam esse formulam illius rescripti, quo etiamsi conditiones praedictae de mixtis hisce coniugiis extra ecclesiam, et absque parochi benedictione, alioque ecclesiastico ritu celebrandis haud aperte declarantur, tamen implicite continentur. Ac Sanctitas Sua omnes Archiepiscopos, Episcopos, aliosque locorum Ordinarios vehementer in Domino monet, hortatur et excitat, eisque mandat, ut cum ipsi in posterum huius rescripti formula ab hac Sancta Sede obtinuerint facultatem dispensandi super impedimento mixtae religionis, in eadem facultate exsequenda nunquam desistant omni cura studioque advigilare, ut sedulo quoque impleantur conditiones de mixtis hisce matrimoniis extra ecclesiam, et absque parochi benedictione, alioque ecclesiastico ritu celebrandis. Quod si in aliquibus locis Sacrorum Antistites cognoverint, easdem conditiones impleri haud posse, quin graviora exinde oriantur damna ac mala, in hoc casu tantum Sanctitas Sua ad huiusmodi maiora damna ac mala vitanda, prudenti eorumdem Sacrorum Antistitum arbitrio committit, ut ipsi, salvis firmisque semper, ac perdiligenter servatis cautionibus de perversionis periculo amovendo a coniuge catholico, de conversione acatholici coniugis ab ipso coniuge catholico pro viribus procuranda, deque universa utriusque sexus prole in sanctitate Catholicae Religionis omnino educanda, iudicent quando commemoratae conditiones de

contrahendis mixtis hisce nuptiis extra ecclesiam, et absque parochi benedictione impleri minime possint, et quando in promiscuis hisce coniugiis ineundis tolerari queat mos adhibendi ritum pro matrimoniis contrahendis in dioecesano Rituali legitime praescriptum, exclusa tamen semper Missae celebratione, ac diligentissime perpensis omnibus rerum, locorum ac personarum adiunctis, atque onerata ipsorum Antistitum conscientia super omnium circumstantiarum veritate, et gravitate. Summopere autem exoptat Sanctitas Sua ut iidem Sacrorum Antistites huiusmodi indulgentiam, seu potius tolerantiam, eorum arbitrio et conscientiae omnino commissam, maiori, quo fieri potest, silentio ac secreto servent. Cum vero contingere possit, ut iidem Antistites nondum fuerint exequuti illa similium dispensationum rescripta, quae ipsis ante hanc instructionem concessa fuere, idcirco ad omnes dubitationes amovendas Sanctitas Sua declarandum esse iussit, eosdem Antistites hanc instructionem sequi debere in commemoratis exsequendis rescriptis.

Nihil vero dubitat Sanctissimus Dominus Noster, quin omnes Sacrorum Antistites ob spectatam eorum religionem, pietatem et pastoralis muneris officium pergant flagrantiori usque zelo catholicos sibi concreditos a mixtis hisce coniugiis avertere, eosque accurate edocere Catholicae Ecclesiae doctrinam, legesque ad eadem coniugia pertinentes, atque eidem Sanctissimo Domino Nostro persuasissimum est, ipsos Sacrorum Antistites prae oculis semper habituros Litteras et Instructiones, quae a suis felicis recordationis Praedecessoribus, ac praesertim a Pio VI (1), Pio VII (2),

---

(1) *Epist. ad Archiep. Mechliniensem, Episcoposque Belgii:* « Exequendo nunc » *die 13 Iulii 1782.*

(2) *Epist. ad Archiep. Moguntinum* « Etsi Fraternitatis Tuae » *die 8 Octobris 1803.*

Pio VIII (1) et Gregorio XVI (2) de hoc gravissimo sane argumento, maximique momenti negotio ad plures catholici orbis Episcopos scriptae fuerunt.

Haec Amplitudini Tuae erant significanda iussu ipsius Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX, cui nihil potius, nihil antiquius est, quam ut Catholicae Ecclesiae doctrina ac disciplina ubique illibata custodiatur ac servetur.

Datum Romae, die 15 Novembris 1858.

I. Card. Antonelli.

31.

Instructio super matrimoniis mixtis ad Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos Rituum Orientalium.

Cum Christianorum coniugium unionem inter Christum et Ecclesiam exprimat, monente Apostolo Paulo « *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia* » (3), aperte patet sanctum prorsus esse vinculum maritale, quo inter se ipsi

---

(1) *Epist. ad Archiep. Coloniensem, et Episcopos Treviren., Monasterien. et Paderbonen:* « Litteris altero abhinc anno » *die 25 Martii 1830. Instructio ad eosdem Archiep. et Episc. die 27 Martii 1830.*

(2) *Epist. ad Archiep. et Episcop. Bavariae:* « Summo iugiter studio » *die 27 Maii 1832. Instructio ad eosdem die 12 Septembris 1834.*

Epist. ad Archiep. et Episcop. Hungariae: « Quas vestro » *die 30 Aprilis 1841. Instructio diei 30 Aprilis 1841. Instructio ad Archiep. et Episcop. Austriacae Ditionis in foederatis Germaniae partibus die 22 Maii 1841.*

(3) Ad Eph. v, 32.

copulantur. Cum autem fides sit omnis sanctitatis radix atque fundamentum, pariter nemo non videt, coniuges ut mutua sese unione sanctificent, sicut in reliquis, ita et potissimum fide cohaerere debere. Mirum proinde non est, si inter cetera quae matrimonium impediunt, etiam illud accensetur quod *mixtae communionis* impedimentum proprio nomine appellatur.

Iam vero, cum in orientalibus quibusdam regionibus nonnullae hac super re difficultates ortae sint, atque anxietatibus non paucis viam aperuerint, Sanctissimus Dominus Noster Leo divina Providentia PP. XIII pro eo quo, erga orientales gentes zelo inflammatur, Supremae Congregationi S. Romanae et Universalis Inquisitionis mandavit, ut ad huiusmodi difficultates et anxietates amovendas opportunam instructionem elaboraret. Quibus iussionibus obsecundans S. Congregatio ea quae sequuntur statuenda censuit.

1. Huius impedimenti natura, quemadmodum omnes norunt, ea est, ut matrimonii foedus inter eos qui baptizati sunt, iniri nequeat, quando altera eorum pars haeretica vel schismatica sit. At catholicorum cum haereticis, et contra, nuptiae illicitae sunt quidem, sed nihilominus valent. Ingens propterea discrimen intercedit inter impedimentum mixtae communionis seu religionis et alterum, quod propria appellatione dicitur *disparitatis cultus*. Primum enim locum habet inter christianos; secundum afficit matrimonia christianorum cum non baptizatis, sive iudaei sint sive infideles cuiuscumque sectae, sive etiam catechumeni. Coniugia itaque inter personas cultu dispares sunt prorsus irrita; mixta vero valida, sed graviter illicita.

2. Facili porro negotio perspicitur cur connubia catholicorum cum heterodoxis antiquissimi canones, quemadmodum recentiores Conciliorum ac Summorum Pontificum sanctiones, omnino reprobarunt ac reprobant, damnarunt ac damnant. Reprobanda enim sunt sive ob vetitam, quam secumferunt, in divinis rebus communionem, et exinde derivans scandalum,

sive ob impendens catholico coniugi perversionis periculum, sive ob pravam sobolis institutionem. Accedit etiam huiusmodi coniunctionibus facile promoveri funestissimum in religionis negotio, uti vocant, indifferentismum. Sed alia etiam perniciosa consectaria ex huiusmodi coniunctionibus dimanant, cum catholicos inter et acatholicos vix ac ne vix quidem ea inveniatur animorum concordia, quae inter coniuges necessaria prorsus est. « Quomodo enim, ait S. Ambrosius (1), potest congruere charitas, ubi discrepat fides? » Hinc vel ipse Zonaras iure animadvertit (2), matrimonialem societatem catholicos inter et acatholicos eo etiam ex capite esse reprobandam, quod miscenda non sunt quae naturam, ut inter se misceri possint, non habent: « Nam qui simul ita vivunt, ut eorum « animi in iis, quae ad fidem pertinent, contrario « modo affecti sunt, quo pacto eos in aliis rebus con- « venire posse quispiam arbitrabitur? quorumque sen- « sus in iis quae sunt fidei, quorum prima est atque « praecipua ratio, minime congruunt, quo pacto inter « se aequis animis in reliqua vitae societate commu- « nicabunt? »

4. Quare mirum non est, si antiqua Concilia vetant catholicis, ne nuptias cum haereticis, sicut et cum infidelibus, concilient, nisi hi orthodoxam fidem amplectantur. Sic Conc. Laodicenum (3) de haereticis praescribit: *Quod non oportet cum omni haeretico matrimonium contrahere vel dare filios aut filias: sed magis accipere, si se christianos futuros profiteantur.* Consonat Agathense (4): *Quoniam non oportet cum omnibus haereticis miscere connubia et filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen profitentur chri-*

---

(1) L. II, cap. 9 de Abrah.
(2) In not. Ad Can. 14 Conc. Chalc. apud Bevereg.
(3) Can. XXXI.
(4) Can. LXVII.

stianos futuros esse se et catholicos. Et Chalcedonense in superius memorato canone: *Sed neque haeretico vel pagano vel iudaeo matrimonio coniungere, nisi utique persona, quae orthodoxae coniungitur, se ad orthodoxam fidem convertendam spondeat.*

5. Ex iis, ut alia silentio praetereamus, satis quidem apparet matrimonia mixta esse prorsus illicita: qua de caussa S. Mater Ecclesia merito ea semper detestata est, ac fideles ab illis contrahendis absterrere studuit. Ad amovenda tamen pericula, quae ex mixtis nuptiis provenire possunt, concurrere debent circumstantiae, ceu scribit s. m. Bened. XIV (1), quae cum ab eo, qui facultatem dispensandi habet, expensae fuerint, aditum aperiant concessioni legitimae dispensationis cuius vi matrimonium inter partes, haereticam unam alteramque catholicam, licitum reddatur. Hae circumstantiae, cuiusmodi est Ecclesiae utilitas, bonum publicum, gravissimum malum vitandum, et aliae, quae canonicas caussas ad elargiendas matrimoniales dispensationes generatim necessarias constituunt, praerequiruntur ad impedimentum mixtae communionis aliquo in casu relaxandum; sed, quod sedulo est animadvertendum, minime sufficiunt.

6. Exigendae enim praeterea sunt opportunae a contrahentibus cautiones de amovendo a coniuge catholico perversionis periculo, de conversione coniugis acatholici ab illo pro viribus curanda, ac de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino educanda. Has autem cautiones ius naturale ac divinum cum postulet, nulla unquam humana auctoritate mixtae nuptiae sine ipsis permitti possunt.

7. Positis igitur canonicis caussis, ac praehabitis memoratis cautionibus, quibus arcentur quae legi naturali aut divinae adversantur, ab ecclesiastica competente auctoritate dispensatio in lege mixta connubia

---

(1) De Syn. Dioec. Lib. VI, Cap. V, n. IV.

prohibente impetranda est, ut absque piaculo celebrari possint; ea deficiente, numquam gravi culpa vacant.

8. Illicitum porro ac sacrilegum est se sistere coram haeretico seu schismatico ministro ante vel post contractas mixtas nuptias, quoties ipse ut minister sacris addictus adsistat, et quasi parochi munere fungens; nam pars catholica ritui haeretico aut schismatico se consociaret, ex quo vetita omnibus haberetur cum haereticis in eorum sacris communicatio. Quare ita contrahentes mortaliter peccarent ac monendi sunt. Si vero, ut in nonnullis locis evenit, haereticus seu schismaticus personam agat magistratus mere civilis, et quidquid ipse praestat, civilis dumtaxat et politicus actus sit, ac civiles effectus respiciat, et nulla prorsus acatholici ritus professio habeatur, aut inde colligi possit, non improbatur quod pars catholica urgentibus schismaticis seu haereticis, aut civili lege imperante, eumdem ante vel post initum matrimonium adeat.

9. Sciant insuper animarum pastores, si interrogentur a contrahentibus, vel si certe noverint eos adituros fore ministrum haereticum sacris addictum, ad nuptialem consensum praestandum, silere se non posse, sed monere eosdem debere sponsos de gravissimo peccato quod patrant. Verumtamen, ad gravia praecavenda mala, si in aliquo peculiari casu sacerdos seu parochus non fuerit interpellatus a sponsis, an liceat nec ne adire ministrum haereticum vel schismaticum, et nulla fiat ab iisdem sponsis explicita declaratio de eodem adeundo, praevideat tamen eos forsan adituros ad matrimonialem praestandum vel renovandum consensum, atque insuper ex adiunctis in casu concurrentibus praevideat monitionem certo haud esse profuturam, imo nocituram, indeque peccatum materiale in formalem culpam vertendum; tunc sileat, remoto tamen scandalo, et dummodo aliae ab Ecclesia requisitae conditiones atque cautiones rite positae sint, praesertim de libero religionis exercitio parti catho-

licae concedendo, nec non de universa prole in religione catholica educanda. Quodsi sponsi ad parochum seu sacerdotem catholicum pro benedicendis nuptiis accedant, postquam eas coram ministro haeretico seu schismatico celebraverint, idque publice notum sit vel ab ipsis sponsis notificetur, catholicus sacerdos huic matrimonio non intererit nisi, servatis, uti supponitur, ceteroquin servandis, pars catholica facti poenitens praeviis salutaribus poenitentiis a patrata culpa absolutionem rite prius obtinuerit.

10. Pauca de *sponsalibus* addenda supersunt. Sponsalia inter unam partem catholicam et alteram schismaticam seu haereticam illicita sunt atque adeo invalida, nisi praevia legitima dispensatione celebrentur.

11. Itaque pro ea sollicitudine qua erga commissas sibi oves gerunt, enixe curabunt locorum Antistites, ut eas a mixtis nuptiis quoad fieri possit, deterreant, aut saltem nonnisi observatis adamussim debitis cautelis, legitimeque impetrata dispensatione illas permittant, eisdem impense inculcantes catholicum dogma, quod nempe extra catholicam Ecclesiam salus obtineri non possit. Insistant celebris Apostolorum discipuli S. Ignatii M. verbis (1): *Ne erretis, fratres mei, si quis schisma facientem sectatur, regni Dei haereditatem non consequitur.* Excitandus tum a Vobis ipsis, tum a reliquis animarum pastoribus, christianus populus ad catholicam fidem et unitatem ardentiori usque studio custodiendam, atque ideo ad omne illius deserendae periculum vitandum, ut praefixus finis circa matrimonia mixta obtineatur.

12. Erit pariter eorundem Praesulum efficere, ut et fidelium memoria nunquam excidat notissimum naturalis divinaeque legis praeceptum, quo non solum peccata, sed et pericula ad peccatum proxime inducentia fugere iubemur; uti etiam aliud praeceptum,

---

(1) Epist. ad Philadelph.

quo parentibus iniungitur filios educare in disciplina et correptione Domini, ac propterea ipsos erudire ad verum cultum, qui Deo unice in catholica Ecclesia exhibetur. Hinc oportet, animarum curatores monere, ut gregi suo solertes invigilando, simul ac comperierint adesse iuvenes vel virgines coniugale foedus cum heterodoxis inire volentes, ipsos eorumque parentes salutaribus imbuant doctrinis, nihilque omittant, quo eos a transgrediendis Dei et Ecclesiae mandatis avertant. Edocendi denique fideles qua publicis catechesibus, qua privatis instructionibus circa constantem hac in re Ecclesiae doctrinam, ne unquam eos capiat oblivio canonum mixta connubia detestantium.

13. Et quoniam in gravissimo hoc negotio solius presbyteri arbitrio nil est relinquendum, ipsis iniungendum erit, ut de quolibet mixto matrimonio contrahendo quantocius Episcopum certiorem reddant, accuratissime delatis omnibus rerum, locorum, et personarum circumstantiis. Tam Episcopi quam parochi sedulo invigilent ut coniuges datas cautiones fideliter adimpleant.

Haec ut Summi Pontificis iussa faceret Sacra Congregatio Vobis significanda duxit, atque interim fausta omnia ac felicia adprecatur.

Datum Romae ex Cancellaria S. Officii die 12 Decembris 1888.

Iosephus Mancini S. R. et U. I. Notarius.

32.

Formula prorogationis facultatis dispensandi ab impedimento mixtae religionis ad tempus.

Beatissime Pater,

..... Dioecesis .....

ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humiliter implorat renovationem facultatis dispensandi super impe-

dimento mixtae religionis ad .....
prout alia vice concessa fuit.

Feria ..... die .....
Sanctissimus D. N. D. ..... Divina Providentia PP.

.....

impertit ..... benigne indulsit ut R. P. D. .....
dispensare valeat (1) iustis gravibusque accedentibus causis super impedimento mixtae religionis, dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia praescriptis, ac praesertim de amovendo a catholico coniuge perversionis periculo, de conversione coniugis acatholici ab illo pro viribus curanda, ac de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino educanda, et dummodo neque ante neque post matrimonium coram parocho catholico initum partes adeant ministrum acatholicum. Quod si praecesserit commercium carnale, si fieri poterit sine gravi damno, sponsi separentur aliquo tempore Episcopi prudenti arbitrio, ut pars catholica rite disponatur ad recipiendam gratiam Dei, praevia semper absolutione a censuris, et impositis poenitentiis salutaribus si matrimonium contractum fuerit coram ministro acatholico. Hanc autem facultatem decrevit S. S. valituram ad ..... facta simul in singulis dispensationibus concedendis expressa Apostolicae delegationis mentione, et elapso ..... R. P. D. Episcopus referat quot huiusmodi dispensationes concesserit. In reliquis stet Instructioni alias datae. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

N. B. – *Si noti che alcuni Vescovi, i quali godono la facoltà di dispensare dall' impedimento di mista religione, ricevono ancora il permesso di sanare i matrimonii civilmente contratti dal tempo, in cui*

---

(1) Cfr. notam ad n. 24, pag. 35. Idem notandum pro sequenti similibusque formulis.

spirò la facoltà, fino al tempo in cui riceve il rescritto della rinnovazione. E allora si appone al rescritto la clausola: Insuper Sanctitas Sua facultatem concessit sanandi matrimonia eorum, qui tantum civili vinculo iuncti dispensationem petierint a tempore expletae facultatis usque ad receptionem prorogationis eiusdem.

33.

Similis formula pro facultate concessa ad certum numerum casuum.

Beatissime Pater,

..... Dioecesis .....

ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humiliter implorat prorogationem facultatis dispensandi super impedimento mixtae religionis pro ..... casibus urgentioribus.

Feria..... die..... 19.....

Sanctissimus D. N. D..... Divina Providentia PP. ..... impertit .....

benigne indulsit ut R. P. D..... dispensare valeat, iustis gravibusque accedentibus causis, super impedimento mixtae religionis, dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia praescriptis, ac praesertim de amovendo a catholico coniuge perversionis periculo, de conversione coniugis acatholici ab illo pro viribus curanda, ac de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino educanda, et dummodo neque ante neque post matrimonium coram parocho catholico initum partes adeant ministrum acatholicum. Quod si praecesserit commercium carnale, si fieri poterit sine gravi damno, sponsi separentur aliquo tempore Episcopi prudenti arbitrio, ut pars catholica rite disponatur ad recipiendam gratiam Dei, praevia semper absolutione a censuris, et impositis poenitentiis salutaribus, si matrimonium contractum

fuerit coram ministro acatholico. Hanc autem facultatem decrevit S. S. valituram pro ..... casibus urgentioribus, in quibus nec aliud obstet canonicum impedimentum, nec tempus adsit adeundi S. Sedem iudicio ipsius Episcopi super quo eius conscientia graviter oneratur: facta simul in singulis dispensationibus concedendis expressa Apostolicae delegationis mentione. In reliquis R. P. D. Episcopus stet Instructioni super mixtis nuptiis alias datae. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

N. B. – *Se si tratta di Diocesi dell' Ungheria si aggiunge la clausola:* « dummodo exhibeantur in curia formales cautiones ab utraque parte, et R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri ».

34.

Formula facultatis cumulandi in casibus mixtae religionis.

Feria .....

SSmus etc. in solita etc. benigne indulsit, ut R. P. D. Episcopus ..... dispensare valeat cum nupturientibus, si plura simul impedimenta concurrant (in quibus singulis iam obtinuerit a S. Sede facultatem dispensandi) pro v. g. duodecim tantum casibus urgentioribus, (*oppure se viene ordinato:* v. g. ad biennium pro casibus tamen urgentioribus) et in terminis et clausulis postremae concessionis, ac servatis servandis; dummodo tamen in unaquaque dispensatione concedenda super praedictis impedimentis concurrat impedimentum mixtae religionis (*oppure se fosse specialmente domandato e concesso* disparitatis cultus). In singulis autem casibus expressa fiat mentio Apostolicae delegationis. Contrariis etc.

35.

Formula pro facultate dispensandi ab impedimento disparitatis cultus et mixtae religionis et sanandi in radice in articulo mortis (1).

SSmus D. N. Leo, Divina Providentia PP. XIII, in audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, benigne indulsit, ut R. P. D. Episcopus, facta etiam potestate subdelegandi, si opus sit, quoad impedimentum disparitatis cultus, quum agatur de impedimento dirimente, utatur decreto S. O. 20 Februarii 1888 (2). Quoad vero dispensationem super impedimento mixtae religionis pro casibus, in quibus omnes dentur cautiones, et ipse moraliter certus sit easdem impletum iri, eadem Sanctitas Sua facultatem facit oratori dispensandi (ad triennium). Pro casibus denique, in quibus vel praehabito actu mere civili, vel contractu coram ministro haeretico, vel utroque simul, non omnes praestentur cautiones, vel Episcopus moraliter certus non sit easdem impletum iri, pariter Sanctitas Sua facultatem impertit eidem Episcopo sanandi in radice matrimonia, itidem (ad triennium), constito in huiusmodi casibus de perseverantia consensus utriusque partis, facta ab Episcopo singulis vicibus expressa S. Sedis delegationis mentione, praevia absolutione a censuris, si opus sit, monito morituro de gravissimo patrato scelere, eoque certiorato ob talem dispensationis gratiam ab ipso acceptatam matrimonium fieri validum ac legitimum et prolem susceptam utriusque sexus legitimam habendam esse, cuius in religione catholica educationem nec non prolis pariter utriusque sexus forsan

---

(1) Formula haec, pro dioecesi Pineroliensi concinnata, in simili occurrente casu adhiberi poterit.

(2) Collect. Prop. n. 1471.

suscipiendae, una cum mulieris ad catholicam fidem conversione, si moriens convaluerit, pro viribus curare gravissima ac continua obligatione tenebitur: descripto tandem in Regestis matrimonio simulque adservato in Curia documento huiusmodi concessionis, communicationis, acceptationis, absolutionis et declarationis morituri, servatis de cetero decretis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

36.

Formula pro facultate revalidandi matrimonia nulliter contracta (ad tramites Instructionis Card. Caprara) (1).

SSmus D. N. D. Leo etc., in audientia R. P. D. Adsessori etc., audita relatione etc., benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Archiepiscopi Gnesnen. et Posnanien., qui quoad matrimonia contracta antequam ipse dioecesis possessionem nancisceretur, primo, si uterque coniux versetur in bona fide, et nullum in publico scandalum adsit, eos relinquat in bona fide; secundo, si unus eorum aut uterque sciat aut dubitet matrimonium irritum fuisse, studeat ut illud revalident, renovato legitime consensu, saltem secreto. Quod si neque hoc saltem sine gravi periculo obtineri possit, R. P. D. Archiepiscopus facultate sanandi in radice in triginta casibus uti possit (quatenus nullum obstet dirimens impedimentum, a quo Ecclesia dispensare non potest vel non solet), dummodo constiterit in singulis casibus utramque partem in consensu de praesenti permanere, onerata tamen eiusdem R. P. D. Archiepiscopi conscientia, ut scandalum ex publica notitia nullitatis matrimonii existens removeri

---

(1) Formula haec, pro casu singulari Gnesnen. et Posnanien. adhibita, in similibus casibus inservire poterit.

possit, quod antequam sit sublatum, moneat parochos ut curent etiam ut, si praeter clandestinitatis impedimentum aliud iuris ecclesiastici obstet impedimentum, quod ab Ecclesia dispensari consuevit, legitima semper praemittatur dispensatio (quod etiam in secundo casu supradicto faciendum est). Quod si matrimonium contractum fuerit nulliter coram ministro acatholico, absolutio a censuris praemittenda est, et si quidem cum impedimento mixtae religionis *vel disparitatis cultus* contractum fuerit, moneatur pars catholica de gravi obligatione, qua semper tenetur, curandi pro viribus seduloque conversionem alterius partis ad religionem catholicam, et prolis utriusque sexus tam natae quam nasciturae in catholica religione educationem. In quolibet autem casu Ordinarius declaret se agere nomine Sanctitatis Suae, et tamquam ab Apostolica Sede specialiter delegatum, simulque doceat ob sanationem quam concedit, matrimonium fieri validum, legitimum et indissolubile iure divino et prolem susceptam ac suscipiendam legitimam habendam esse. Cum autem de matrimonii validitate in foro externo constare debeat, idem R. P. D. Archiepiscopus nomen cum reliqua consueta personali indicatione utriusque partis in regestis describi iubeat, simulque autographum documentum praesentis concessionis, communicationis, acceptationis et declarationum a coniuge, quae sine periculo de sanatione certiorari potest, factarum, servetur in Curia Episcopali, et exemplar authenticum eidem sedulo custodiendum tradatur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

37.

Formula pro facultate permittendi interpellationem coniugis infidelis vel dispensandi ab ea ante susceptum baptismum.

SSmus D. N. D. ..... in solita audientia ..... impertita, audita relatione suprascripti supplicis libelli, benigne annuit pro gratia, qua, accedente gravi causa, R. P. D. N. N. ..... orator pro ..... casibus permittere possit, ut interpellatio coniugis infidelis vel dispensatio ab interpellatione fieri possint ante baptismum coniugis, qui ad fidem convertitur; dummodo hoc ultimo casu ex processu saltem summario (*oppure se viene ordinato:* vel etiam extraiudicialiter) constet, interpellationem fieri non posse vel fore inutilem. Contrariis quibuscumque etc.

38.

Formula dispensationis ab impedimento cognationis spiritualis (casu quo detur a S. Officio).

SSmus D. N. etc. In solita etc. audita etc. benigne remisit etc. qui dispensare valeat N. N. ..... super impedimento cognationis spiritualis, ut valide et legitime contrahere possit matrimonium cum N. N. ..... Contrariis etc.

39.

Facultas, vulgo dicta ARBITRIO, *pro Urbe.*

Feria ..... Sacra Congregatio S. Officii, dummodo nullum obstet canonicum impedimentum (1) ..... remisit preces arbitrio Emi ac Revmi Domini Card. Urbis Vicarii.

---

(1) Adiunguntur conditiones a Rescribente positae.

40.

Eadem Facultas pro Orbe.

Feria ... Sacra Congregatio S. O., dummodo nullum obstet canonicum impedimentum (1) ... benigne remisit oratoris (oratricis) instantiam prudenti arbitrio et conscientiae Domini Ordinarii N. cum facultatibus necessariis et opportunis, comminatis poenis contra polygamos statutis.

41.

Formula facultatis admittendi ad iuramentum suppletorium milites et vagos.

Illmẽ ac Rmẽ Domine

Sanctissimus Dominus Noster, precibus Amplitudinis Tuae benigne annuens, facultatem ad ... proxime venturum dignatus est Tibi concedere admittendi ad iuramentum suppletorium tam militiae addictos quam vagos, qui in ista dioecesi matrimonium contrahere cupientes, nequeunt sui status libertatem legali modo probare, cum in varias orbis partes vagati fuerint, nec stabile in illis constituerint domicilium.

Mens autem est Sanctitatis Suae, ut praedicta facultas in casibus tantum necessitatis adhibeatur, comminatis in singulis casibus poenis a sacris Canonibus atque Apostolicis Constitutionibus contra polygamos statutis.

Post haec fausta ac felicia omnia Tibi precor a Deo.

Amplitudinis Tuae

Romae ...

(*Firma dell'Emo Segretario*)

Illmo ac Rmo D. D. Ordinario ...

---

(1) Apponuntur conditiones.

II.

Formulae pro dispensationibus in lege abstinetiae et ieiunii.

42.

Formula facultatis dispensandi a lege ieiunii et abstinentiae ob morbum epidemicum.

SSmus D. N. etc. in audientia vel per facultates etc. benigne indulget, ut R. P. D. Ordinarius N._____ pro sui prudenti arbitrio et coscientia fideles quibus praeest a lege solvat abstinentiae et ieiunii, donec ipsius iudicio apostolicam hanc indulgentiam publicae valetudinis ratio et conditio requirat. Optat tamen Sanctitas Sua, ut fideles ipsi apostolicam hanc benignitatem precibus aliisve piis operibus compensare satagant. Contrariis etc.

43.

Formula facultatis dispensandi in lege abstinentiae tempore quadragesimae et infra annum, quae tamen in praxi variatur pro regionum diversitate.

Feria . . . . . .

SSmus D. N. _____ Div. Prov. PP. _____ impertita____ benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R.P.D. Episcopi oratoris, ut ad aliud triennium dispensare valeat suae iurisdictioni subiectos super abstinentia carnium tempore quadragesimae, ita ut carnibus vesci possint cuiuscumque generis in unica comestione, ad quam legem non teneantur diebus dominicis, et vetita promiscuitate carnium et piscium etiam dominicis diebus. Exceptis vero a supradicta concessione fer. IV cinerum, feriis quatuor temporum, et tribus postremis diebus maioris hebdomadae; necnon vigiliis S. Ioseph, Sponsi B. M. V. et Annuntiationis B. M. V. si haec festa in Dioecesi sunt de praecepto.

Quoad condimenta infra annum, benigne pariter annuit ad aliud triennium pro facultate condiendi larido et sagimine omnibus diebus vetitis, exceptis quatuor temporibus et vigiliis eidem Episcopo benevisis. Ipse autem R. P. D. Episcopus singulis vicibus non nisi pro uno anno huiusmodi dispensationes concedat, facta quolibet anno expressa mentione obtentae facultatis a S. Sede, et hortetur christifideles, ut hanc Apostolicam indulgentiam compensare studeant aliis piis operibus et praesertim eleemosynis pro facultate cuiusque pauperibus elargiendis. Contrariis etc.

44.

Formula facultatis dispensandi in lege abstinentiae tempore Quadragesimae pro Italia; *quae tamen variatur pro regionum diversitate.*

Roma li.....

La Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata accogliere la domanda di Vostra ..... per la moderazione dell' astinenza nella imminente Quaresima, rimettendo all' arbitrio ed alla coscienza di Lei la facoltà di accordare ai fedeli, suoi sudditi, l'uso delle carni, anche non salubri, nell'unica comestione, vietata la promiscuità di carne e pesce d'ogni specie nel medesimo pasto, anche nelle domeniche in cui la legge del digiuno non ha luogo.

Vuole però il S. Padre eccettuati da questo indulto il dì delle ceneri, i tre delle tempora, i tre ultimi della settimana santa, la vigilia di S. Giuseppe e (se costì è festa di precetto) della Santissima Annunziata, nei quali dovranno usarsi soli cibi di stretto magro. Vuole ancora eccettuati i venerdì e sabbati, in cui però la S. V. potrà permettere, sempre nell' unica comestione, l'uso delle uova e dei latticini, e come in questi giorni così in quelli di sopra non eccettuati, l'uso dei condimenti di grasso anche nella piccola refezione.

Nel dar corso a quest'indulto (da valere anche pei regolari dell'uno e dell'altro sesso, non astretti da voto speciale) Ella dichiarerà il potere avutone dalla S. Sede, inculcando ai fedeli l'esatta osservanza del quadragesimale digiuno ed esortandoli a compensare queste benigne concessioni con altre pie opere, e preferibilmente, secondo la mente di Sua Santità, colla visita settimanale di qualche chiesa, ch' Ella a tal uopo designerà.

Di Vostra .....

A ..... Affmo nel Signore

(*Firma dell' Emo Segretario*)

45.

Similis formula (pro regione Neapolitana).

Il S. Padre ha accolto colla solita Sua clemenza la domanda di ..... per la moderazione della futura Quaresima, e penetrandosi della gravità delle cause che Ella esponeva, rimette al prudente arbitrio e coscienza di Lei la facoltà di accordare a' suoi diocesani l'uso delle carni, anche non salubri, nell'unica comestione, fuori che nei giorni domenicali, e vietata in qualunque giorno la promiscuità di carne e pesce.

Vuole Sua Santità eccettuati da questa dispensa il primo e gli ultimi tre giorni di quaresima, i tre giorni de' quattro tempi, la vigilia di S. Giuseppe e di Maria Santissima Annunziata, nei quali giorni si dovranno usare soli cibi di magro. Vuole ancora eccettuati gli altri venerdi e sabati, lasciando in questi parimenti al prudente arbitrio e coscienza di Lei l'accordare il permesso delle uova e dei latticinî nell'unico pasto. È mente poi della Santità Sua, che si possa insieme godere dei privilegî della Bolla *Crociata* e del presente indulto.

Nell'eseguire quest'indulto (da valere anche pei regolari dell'uno e dell'altro sesso, non astretti da voto speciale) si compiacerà ..... dichiarare la facoltà

ottenuta dalla S. Sede, inculcare a' suoi diocesani l'esatta osservanza del quadragesimale digiuno, ed esortarli a compensare questa benigna concessione con altre pie opere, fra le quali piacerebbe a Sua Santità che Ella ingiungesse la visita di una Chiesa da designarsi.

Di..... Roma li.....

(*Firma dell'Emo Segretario*)

46.

Formula facultatis dispertiendi dies stricti ieiunii tempore Quadragesimae.

Beatissimo Padre,

L' Ordinario ..... prostrato al trono di Vostra Santità, implora la facoltà di distribuire i giorni riservati nell' indulto per la prossima Quaresima in modo da renderne più facile ai suoi sudditi l'osservanza.

Die.....

SSmus D. N..... Divina Providentia PP..... impertita, benigne remittit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii oratoris; facta tamen mentione ad populum huius apostolici indulti et exceptis feria IV cinerum ac fer. V. et VI. et sabbato maioris hebdomadae, in quibus ieiunium quadragesimale, etiam quoad ciborum qualitatem, erit stricte observandum. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

47.

Formula facultatis concedendi condimenta pinguia diebus vetitis (pro Italia).

Roma li.....

La Santità di N. S. si è benignamente degnata rimetteer all' arbitrio ed alla coscienza di Vostra ..... la facoltà di concedere ai fedeli suoi sudditi (compresi i regolari d'ambo i sessi, non astretti da voto speciale) l'uso dei condimenti di grasso in tutti i giorni vietati dell'anno.

Vuole però il S. Padre eccettuati da questa dispensa il dì delle ceneri, i tre delle tempora di Quaresima, gli ultimi tre della settimana santa, nonchè le vigilie di S. Giuseppe, della Santissima Annunziata (se essa è costì festa di precetto), di Pentecoste, de' Ss. Apostoli Pietro e Paolo, dell'Assunzione di Maria Santissima, d'Ognissanti e della Natività di N. S. Gesù Cristo.

Di Vostra .....

A ..... Affmo nel Signore

Firma dell'Emo Segretario.

48.

Formula facultatis dispensandi in lege abstinentiae diebus sabbati per annum (pro Italia).

Beatissime Pater,

Ordinarius Dioecesis ..... ad pedes Sanctitatis Tuea provolutus, attentis peculiaribus circumstantiis, in quibus versantur fideles suae curae concrediti, humiliter implorat facultatem dispensandi super lege abstinentiae diebus sabbati per annum ieiunio non consecratis.

Fer..... die .....

Sanctissimus D. N. D. ... Divina Providentia Papa ..... impertita .....

benigne indulsit ut R. P. D. Ordinarius orator dispensare valeat ad annum fideles suae Dioecesis super abstinentia carnium diebus sabbati ieiunio non consecratis, iuxta modum et formam, nec non quoad loca et quoad modum publicationis in respectivis locis suae Dioecesis, prout in Domino magis expedire iudicaverit, facta expressa mentione facultatis obtentae a S. Sede. Ipse vero orator etiam atque etiam urgeat abstinentiae praeceptum in feriis sextis, quod sancte ac inviolabiliter impleri debet. Hortetur itidem christifideles ut in sabbatis abstinentiam ex devotione, praesertim erga BB. Virginem, adhuc observent; qui autem hoc indulto uti voluerit, Apostolicam indulgentiam compensare studeat (non sub praecepto) saltem recitatione

tertiae partis Rosarii Marialis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

49.

Similis formula (pro Gallia aliisque aliquibus regionibus).

Beatissime Pater,

..... ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, attentis peculiaribus circumstantiis in quibus versantur fideles suae curae concrediti, humiliter implorat facultatem dispensandi super lege abstinentiae diebus sabbati per annum ieiunio non consecratis.

Fer. ..... die .....

Sanctissimus D. N. D. ..... Divina Providentia Papa ..... impertit ..... benigne indulsit ut R. P. D. ..... orator dispensare valeat ad ..... fideles suae Dioecesis super abstinentia carnium diebus sabbati per annum ieiunio non consecratis, iuxta modum et formam, nec non quoad loca et quoad modum publicationis in respectivis, locis suae Dioecesis, prout in Domino magis expedire iudicaverit. Ipse vero ..... singulis vicibus nonnisi pro uno anno dispenset, facta quolibet anno expressa mentione facultatis obtentae a S. Sede; atque hortetur christifideles, ut hanc Apostolicam indulgentiam compensare studeant aliis piis operibus et praesertim eleemosynis in pauperum levamen erogandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

50.

Formula facultatis dispensandi in lege abstinentiae tempore messis et triturae.

SS̃mus D. N. D. N. N. ..... impertita ..... benigne indulget, ut R. P. D. Ordinarius orator pro suo prudenti arbitrio et conscientia fideles sibi subditos, qui indigent causa messis et triturae, ab

ecclesiastica abstinentiae lege pro eo tempore solvere valeat, remoto scandalo, eo v. g. meliori modo, quo Ordinarii iudicio fieri potest, ad triennium, exceptis quibusdam diebus, si id opportunum in Domino iudicaverit. Contrariis etc.

51.

Formula facultatis dispensandi in lege abstinentiae diebus Rogationum et S. Marci (Pro Gallia).

Beatissime Pater,

..... ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, attentis peculiaribus circumstantiis in quibus versantur fideles suae curae concrediti, humiliter implorat facultatem dispensandi super lege abstinentiae diebus Rogationum et S. Marci.

Fer. ..... die .....

Sanctissimus D. N. D. ..... Divina Providentia Papa ..... impertit..... benigne annuit pro gratia ad ..... ita tamen, ut P. R. D. ..... orator singulis vicibus nonnisi pro uno anno dispenset, facta quolibet anno expressa mentione facultatis obtentae a S. Sede; atque hortetur christifideles, ut hanc Apostolicam indulgentiam compensare studeant aliis piis operibus, praesertim eleemosynis in pauperum levamen erogandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

52.

Formula facultatis anticipandi abstinentiam vel etiam ieiunium.

Beatissime Pater,

Ordinarius N. N. ..... ad pedes Sanctitatis Tuae humiliter provolut..... dispensationem implora..... intra proprii territorii fines super abstinentiae (vel etiam ieiunii) lege die .....

Causae sunt: .....

Feria ....., die .....
Sanctissimus D. N. D. Div. Prov. PP. .....
..... impertita ..... benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii, qui petitam gratiam concedere valeat; sed pro anno ..... tantum, et anticipata abstinentia (vel etiam ieiunio) in alium diem a se determinandum. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

53.

Formula dispensationis pro Quadragesima regulari pro monialibus.

Beatissimo Padre,

Le Monache .....
prostrate al bacio del sacro piede, implorano umilmente dal paterno cuore di Vostra Santità una benigna dispensa dalla quaresima regolare dell'avvento, in vista delle speciali condizioni in cui versa il loro monastero.

Die .....
Sanctissimus D. N. ..... Divina Providentia PP.
..... impertita .....
benigne remittit preces prudenti arbitrio et conscientiae Ordinarii, qui, attentis specialibus circumstantiis, concedere valeat, in proxima regulari quadragesima tantum, monialibus oratricibus usum carnium et lacticiniorum in unica comestione, exceptis singulis sextis feriis et sabbatis, feria quarta quatuor temporum nec non vigiliis Immaculatae Conceptionis B. M. V. et Nativitatis D. N. I. C. — Contrariis non obstantibus quibuscumque.

54.

Formula indulti in lege abstinentiae pro militibus antiqui regni Pedemontii (per gli ufficiali e famiglie).

SSmus D. N. D. ..... Divina Providentia Papa ..... in audientia solita ..... impertita, benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii, qui, cum oratore eiusque familia dispensando, eisdem indulgere valeat ut carnibus, ovis et lacticiniis vesci nec non condimentis ex adipe uti possint tempore Quadragesimae, diebus abstinentiae vel ieiunio consecratis; exceptis tamen singulis feriis VI in quas ieiunium inciderit: sabbatis Quadragesimae, quorum loco observari poterit feria IV respective praecedens: ac tandem pervigiliis Paschatis, Pentecostes, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis B. V., Omnium Sanctorum et Nativitatis D. N. I. C.: firma manente in reliquis lege ieiunii de unica comestione nec non de licitis atque interdictis epulis haud permiscendis.

Contrariis non obstantibus etc.

Hisce ad triennium valituris, si tamdiu orator stipendia fecerit.

55.

Similis concessio pro militibus provinciarum Taurin., Vercellensis et Venetae.

Feria .....

SSmus ..... in solita etc. benigne annuit pro gratia qua v.g. R. P. D. Ordinarius ..... in tota ecclesiastica provincia ..... de expressa S. Sedis apostolicae auctoritate pro suo prudenti arbitrio et conscientia, dispensare possit ad triennium cum militaribus viris, sive terrestri sive maritimae militiae adscriptis, absque ulla graduum

exceptione super esu carnium, ovorum et lacticiniorum, nec non super usu condimentorum ex adipe, tam pro tempore Quadragesimae, quam pro aliis infra annum abstinentiae diebus, exceptis sextis feriis quadragesimae, et aliis sextis feriis infra annum ieiunio consecratis; exceptis item in quadragesima diebus sabbati, quorum tamen loco, excepto sabbato sancto, assignari poterit respectiva praecedens feria IV. exceptis item infra annum vigiliis Pentecostes, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis V. M., Omnium Sanctorum et Nativitatis D. N. I. C. Similiter idem R. P. D. Ordinarius indulgere valeat, ut eodem indulto frui possint etiam feriis sextis occasione itineris etiam militum uxores ac liberi eorum in itinere comites, itemque militum uxores ac liberi stabiliter sequentes eosdem milites, qui occasione castrorum ad exercitationes militares vel extra locum praesidii se conferunt. Vetita semper promiscuitate etc. facta singulis annis etc.

56.

Formula rescripti dispensationis in lege abstinentiae pro prandiis diplomaticis.

Sanctissimus etc. in audientia etc. audita relatione etc. attentis peculiaribus circumstantiis, iisque perdurantibus benigne annuit pro gratia ut orator eiusque familia carnibus vesci possint diebus ab Ecclesia vetitis in prandiis quibus ipse ex officio, eiusque familia ratione muneris respectivi mariti vel patris intervenire debeant, vetita promiscuitate carnium et piscium; atque ad evitanda scandala profiteantur ab Apostolica Sede se esse dispensatos.

Pro prandiis vero, quae ratione muneris et officii ipse orator parare tenetur, eadem Sanctitas Sua benigne annuit pro gratia etiam quoad commensales, vetita pariter promiscuitate carnium et piscium et declaratione

facta apostolicae dispensationis. Curet autem orator se abstinere quoad fieri possit ab invitando ad prandium diebus vetitis, et hanc S. Sedis indulgentiam compensare studeat aliis piis operibus, et praesertim eleemosynis in pauperum levamen erogandis. Contrariis quibuscumque etc.

57.

Formula facultatis dispensandi in lege abstinentiae pro institutis vel locis balneorum.

Feria ..... die .....
SSmus D. N. D. ..... Divina Providentia Papa .....
..... impertit .....
benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae Domini Ordinarii N., qui facultatem concedere valeat v. g. ad triennium, ut ii, qui causa male affectae valetudinis utuntur balneis, nec non iisdem inservientes, aliique loco valetudinario addicti carnibus vesci possint diebus ab Ecclesia vetitis, tempore ut in precibus expresso, firma ceteroquin lege ieiunii de unica comestione et de licitis et interdictis epulis haud permiscendis. Exceptis tamen vigiliis SS. Apostolorum Petri et Pauli ac Assumptionis B. M. Virginis (1).
Contrariis etc.

---

(1) Hoc indultum in praxi vario modo conceditur pro casuum varietate, ita ut v. g. interdum dispensatio extendatur etiam ad familias, quarum hospitio infirmi utuntur etc.

58.

Formula rescripti dispensationis in lege abstinentiae ob male affectam valetudinem (in forma commissoria).

Beatissime Pater,

.....

ad pedes Sanctitatis Vestrae provulut..... humiliter implora..... dispensationem super ecclesiastica abstinentiae lege causa male affectae valetudinis.

Feria ..... die.....

Sanctissimus D. N. D. Divina Providentia PP. .....

..... benigne remisit preces prudenti arbitio et conscientiae R. P. D. Ordinarii, qui dispensare valeat orat..... ut carnibus vesci poss..... diebus ab Ecclesia vetitis causa male affectae valetudinis, eaque durante, remoto scandalo, et salva ieiunii lege. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

59.

Similis formula (in forma gratiosa).

Beatissime Pater,

N. N. ..... dioecesis .....

ad pedes Sanctitatis Vestrae provolut ..... humiliter pet..... dispensationem super ecclesiastica abstinentiae lege causa male affectae valetudinis.

Die .....

Sanctissimus D. N. D. ..... Divina Providentia PP. .....

impertita benigne indulsit, ut orat..... carnibus vesci possi..... diebus ab Ecclesia vetitis, ex causa male affectae valetudinis eaque durante, remoto scandalo, et salva in reliquis ieiunii lege. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

N. B. *Quando una persona domanda la dispensa dall' astinenza per sè e per tutti della famiglia per causa di malferma salute, in tal caso nel rescritto dopo la parola* oratores *si aggiunge* – si sint vere indigentes.

Quando si domanda ancora la dispensa dal digiuno, in fine del Rescritto si aggiunge: Quoad dispensationem a ieiunio orator stet iudicio Confessarii.

Quando alcuno domanda la dispensa dall' astinenza per causa di malferma salute, ed inoltre domanda che l' indulto sia esteso a tutti della famiglia p. e. per ragione del grave incomodo che segue dal preparare due pranzi ecc. ecc. dopo il rescritto si aggiunge: Quoad extensionem indulti ad alias personas, orator stet iudicio prudentis Confessarii.

60.

Formula indulti dispensationis in lege abstinentiae ratione itineris (in forma commissoria).

Beatissime Pater,

N. N. ..... dioecesis ..... ad pedes Sanctitatis Vestrae provolut... humiliter pet... dispensationem super ecclesiastica abstinentiae lege causa itineris.

Die .....

Sanctissimus D. N. ..... Divina Providentia Papa ..... impertita ..... benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii ..... qui, cum orator ..... dispensando, eidem indulgere valeat ut carnibus vesci possi ..... tempore itineris de quo in precibus, in defectu tamen ciborum esurialium vel etiam lacticiniorum, quae facile reperiri nequeant; remoto scandalo et salva ieiunii lege de unica comestione necnon de licitis et interdictis epulis haud permiscendis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

61.

Similis concessio (in forma gratiosa).

Feria .....

Sanctissimus (*come sopra con le debite varianti*) benigne annuit pro gratia, qua orator vel oratores carnibus vesci possint diebus ab Ecclesia vetitis pro tempore itineris, in defectu tamen ciborum esurialium vel etiam lacticiniorum, quae facile reperiri nequeant, remoto scandalo, et salva ieiunii lege. Contrariis non obstantibus etc.

62.

Formula rescripti dispensationis in lege abstinentiae ob quamlibet causam in precibus expressam (in forma commissoria).

Beatissime Pater,

.....

ad pedes Sanctitatis Vestrae provolut..... humiliter pet..... dispensationem super ecclesiastica abstinentiae lege, causa.....

Die .....

Sanctissimus D. N. D. ..... Divina Providentia PP. .....

impertita..... benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii, qui dispensare valeat orat....., ut carnibus vesci poss..... diebus ab Ecclesia vetitis, ex causa de qua in precibus eaque durante, exceptis tamen aliquibus diebus ipsi Ordinario benevisis, remoto scandalo et salva in reliquis ieiunii lege. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

63.

Formula similis (in forma gratiosa).

Beatissime Pater,

.....

ad pedes Sanctitatis Vestrae provolut..... humiliter pet..... dispensationem super ecclesiastica abstinentiae lege causa.....

Die.....

Sanctissimus D. N. D..... Divina Providentia PP.....

impertita benigne indulsit, ut orat..... carnibus vesci possi..... diebus ab Ecclesia vetitis, ex causas de qua in precibus eaque durante, exceptis pervigilii Nativitatis D. N. I. Christi, S. Ioseph Sponsi B. M. V., Annunciationis eiusdem B. M. V., Pentecostes, SS. App. Petri et Pauli, Assumptionis B. M. V. et Omnium Sanctorum, ac feriis IV cinerum et VI in Parasceve, remoto tamen scandalo et salva in reliquis ieiunii lege. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

IV.

Formulae etc., quae negocia criminalia attingunt.

64.

Formula facultatis recipiendi denuntiationem absque interventu Notarii.

Die.....

S. Congregatio S. Officii facultatem concedit..... recipiendi absque interventu notarii, sub secreto S. Officii et iuxta adnexas instructiones, denunciationem, quam facere intendit innominata persona.

65.

Istruzione per un delegato a ricevere senza intervento di notaio una denunzia, o spontanea in materie spettanti al S. Offizio.

Il delegato dovrà incominciare l'atto dalla data del luogo, del mese e dell'anno.

In civitate N.,..... vel in oppido N.,..... aut In terra N.,..... seu loco N.,..... Dioecesis N.....

Die..... Mensis..... Anni .

Sponte personaliter comparuit coram me infrascripto sistente in..... (Noterà il luogo, dove trovasi a ricever l'Atto) *ad hunc Actum tantum a Sac. Suprema Congregatione S. Officii specialiter delegato, prout ex eiusdem Sac. Congregationis litteris mihi directis, et datis sub die.....* (Dovrà porre la data della lettera, che se gli scrive) *praesenti positioni alligandis.* (Oppure avendo il delegato ottenuta la facoltà per rescritto, dovrà notare la data del medesimo, scrivendo) *prout ex decreto eiusdem Sac. Congregationis lato sub die*

N. N. (Dovrà scrivere in lingua latina il nome, cognome, padre, patria, età, professione, ed abitazione dello *sponte* comparente, e denunziante, ed essendo

questi regolare, dovrà esprimere ancora il nome, che portava nel secolo. Proseguirà poi: *qui praestito iuramento, ei delato, veritatis dicendae tactis SS. Dei Evangeliis* (lo farà giurare col porre la mano sopra l'Evangelo) *exposuit prout infra, videlicet:*

Avendomi V. S. significato di aver ottenuta dalla Sac. Congregazione del S. Offizio la facoltà di poter ricevere senza intervento di notaio lo sgravio, che sono per fare della mia coscienza, non potendo io per giusti motivi comparire nel S. Offizio, sono perciò a dirle ____. (E quì dovrà il penitente raccontare con tutte le circostanze di tempo, di luogo e di occasione, e per quanto si ricorderà, colle precise parole, le cose dette contro la Religione da lui medesimo, o inteso a dire da altri, nominando le persone presenti, o complici, e non sapendole nominare, dovrà minutamente descriverle nella persona, di maniera, che dalla descrizione possa venirsi di loro in cognizione. Trattandosi di fatti ereticali e di operazioni sortileghe dovrà individuare le cose sacre, contro le quali si è proceduto ereticalmente, e le robe e le parole delle quali si è fatto abuso nel commettere le superstizioni).

Quindi il delegato farà le seguenti interrogazioni.

Se si tratterà di spontanea, cioè accusa di sè stesso.

Interrogatus: An credat vel crediderit, licere viro catholico dicere ____ *seu facere* ____ esprimendo il delitto in genere.

Respondit: Noterà fedelmente la risposta.

Interrogatus: An sciat vel imaginetur se de praemissis fuisse praeventum in aliquo tribunali ecclesiastico?

Respondit: Noterà ciò che risponde.

Se si tratterà di denunzia, cioè di accusa d' altri farà le interrogazioni seguenti:

Interrogatus: An sciat, vel dici audierit praefatum N.N. ____ (o essendo più i denunziati) *praefatos N.N.* ____ (nominandoli, e cognominandoli) *alia patrasse ad S. Officium spectantia, vel praefatis consimilia?*

Respondit: Noterà la risposta; ed essendo affermativa, dovrà tutto scrivere colle sue circostanze nella maniera come sopra.

Interrogatus: An quando praedictus N. N._____ praefata dixit_____ seu fecit_____ videretur ebrius ira percitus etc., an esset sanae mentis necne? et an ab aliquo fuerit correptus?

Respondit: Noterà la risposta; e qualora dice di essere stato corretto, gli farà esprimere chi l'abbia corretto, e ciò che il reo abbia risposto alla correzione.

Interrogatus: De fama praedicti NN., seu praedictorum NN. (nominandoli) *tam apud se, quam apud alios?*

Respondit: Si scriverà la risposta.

Interrogatus: An odio, vel amore ipse denuncians praefata deposuerit, et super lite et inimicitia aliisque generalibus?

Respondit: Noterà ciò, che risponde.

Trattandosi poi di spontanea e denunzia insieme, si faranno tutte le antecedenti interrogazioni; le prime in quanto a sè come *sponte* comparente, e le seconde in quanto agli altri, come denunziante. Sempre però, se sarà passato un mese dal giorno del commesso delitto, si farà l' interrogazione seguente:

Interrogatus: Cur tamdiu distulerit se praesentare S. Officio, et propriam conscientiam exonerare?

Respondit: Si scriverà la risposta.

L'atto si terminerà nel seguente modo:

Quibus habitis, et acceptatis etc. dimissus fuit iuratus de silentio servando ad novum tactum SS. Dei Evangeliorum; (facendolo nuovamente giurare sull' Evangelio; si tralascia però tal giuramento, quando si tratterà di semplice spontanea); *et in fidem praemissorum se subscripsit,* e, non sapendo scrivere, *et cum scribere nesciret, prout asseruit, fecit signum Crucis;* e se gli farà fare una Croce colla penna.

Il delegato poi si sottoscriverà così:

Acta sunt haec per me N. N._____ a S. Congregatione S. Officii ad hunc actum tantum specialiter delegatum.

Il tutto poi dovrà mandare originalmente e direttamente alla S. Congregazione del S. Officio insieme colla presente istruzione e lettera, che se gli scrive, senza ritenere cosa alcuna presso di sè, nemmeno in copia.

66.

Instructio circa observantiam Constitutionis S. M. Benedicti XIV quae incipit: « Sacramentum Poenitentiae » (1).

Quae Supremus Pontifex gl. mem. Benedictus XIV in constitutione die 1 Iunii anno 1741 edita, cuius initium est *Sacramentum poenitentiae*, confirmavit ac decrevit, ea ad haec quatuor maxime capita reducuntur. In primis, quemadmodum iam antea sancitum fuerat praesertim a Gregorio XV constitutione quae sub die 30 Augusti anno 1622 data incipit *Universi,* omnes locorum Ordinarii aeque ac inquisitores deputantur iudices ad inquirendum et procedendum et condignis poenis animadvertendum contra sollicitantes ad turpia in confessione, quamvis ab ordinaria iurisdictione quomodolibet exemptos. Itidem omnes sacerdotes ad audiendas sacras confessiones constituti, sicut antea quoque praescriptum erat, obligantur monere suo poenitentes, ut sollicitantes huiusmodi quamprimum poterunt inquisitoribus aut locorum Ordinariis deferant; eosdemque poenitentes non absolvere, qui huic adimplendo muneri parere recusent. Praeterea tertio loco Apostolicae Sedi reservantur, excepto mortis articulo, eorum casus, qui innoxios sacerdotes apud ecclesiasticos iudices falso sollicitationis insimulant, vel sceleste procurant ut id ab aliis

---

(1) Notandum: 1.° Eños PP. f. IV, 6 Martii 1901 decrevisse: *Reformandam esse instructionem circa modum procedendi in materia sollicitationis iuxta alias decreta*: 2.° tamen hoc Eñorum decretum variis de causis nondum fuisse exequutioni demandatum.

fiat. Quarto denique sacerdoti cuilibet omnis facultas et iurisdictio ad sacramentales confessiones personae complicis in peccato turpi contra sextum decalogi praeceptum commisso excipiendas adimitur, nisi extrema prorsus urgeat necessitas, nimirum si in ipsius mortis articulo alter sacerdos desit, qui confessarii munere fungatur, vel sine gravi aliqua exoritura infamia vel scandalo vocari aut accedere nequeat (1). Et Apostolicae Sedi reservatur eorum confessariorum casus, qui complicem in peccato turpi absolvere ausi fuerint.

Nullum sane dubium est, quin hae praescriptiones, prohibitiones, reservationes omnes et singulae in cunctas nationes universim vires suas extendant, et ubique terrarum *inconcusse ac inviolabiliter* observandae sint. Quod quidem vel legenti Gregorii XV et Benedicti XIV constitutiones evidentissime patet; et idipsum consequentium Pontificum suffragio, prout se dedit occasio, ad hanc usque diem confirmatum est. Et re quidem vera Vicario apostolico Cocincinae sciscitanti. 1.° *An constitutio Benedicti XIV adversus sollicitantes obliget etiam missionarios franciscanos, qui ministerium exercent in Cocincina?* 2.° *An eadem constitutio restringi possit ac moderari in aliquo casu ob magnam confessariorum penuriam in eodem regno Cocincinae?* iussu Pii VI anno 1775 opportuna instructione responsum fuit: *ad 1.m affirmative: ad 2.m negative.* Et proxime SSmus D. N. Pius Papa IX decreto huius supremae Inquisitionis sub feria IV die 27 Iunii anno 1866 edixit, *in facultatibus, quibus Episcopi aliique locorum Ordinarii ex concessione Apostolica pollent, absolvendi ab omnibus casibus apostolicae Sedi reservatis, excipiendos semper in posterum et exceptos habendos esse casus reservatos in bulla Benedicti XIV, quae incipit Sacramentum*

---

(1) Const. eiusdem S. P. Bened. XIV « *Apostolici muneris* » diei 8 Februarii 1745.

poenitentiae. Hoc decretum vero omnibus ubique terrarum Ordinariis, praedicta absolvendi facultate donatis, absque ulla exceptione significandum mandavit. Quamobrem omnibus locorum Ordinariis enitendum summopere est, ne eorum vigor, quae in praedicta constitutione salubriter providentur, paulatim uspiam elangueat. At Emi PP. Cardinales supremi Inquisitores nuper cognoverunt, eamdem constitutionem non ubique, sicuti par esset, executioni tradi, atque in aliquibus locis nonnullos tum in denunciationis onere adimplendo, tum in iudicio contra sollicitantes instituendo irrepsisse abusus, qui sine iustitiae ac providae severitatis discrimine tolerari minime possent. Itaque neque inopportunum neque ipsis locorum Ordinariis ingratum fore iudicarunt, si quae contra eosdem abusus ab hac suprema Congregatione ad tramites sacrorum canonum decreta fuerunt, in unum collecta prae oculis habeantur. Ad quem effectum praesentem instructionem edi mandarunt.

1. Personae sive mares sive foeminae, quaecunque illae sint, ad turpia sollicitatae in confessione vel occasione aut pretextu confessionis, quemadmodum enucleate in memorata constitutione praecipitur, rem ad sanctam Sedem vel ad loci Ordinarium deferre debent.

2. Denunciare oportet quemcumque sacerdotem etiam iurisdictione carentem, sollicitantem in confessione vel etiam poenitentis sollicitationi consentientem, quamvis statim dissentientem de turpi materia loqui, illius complementum ad aliud tempus differentem et non praebentem absolutionem poenitenti (1).

3. Huiusmodi denunciationes a nemine absque culpa lethali omitti possunt. Qua de re poenitentes debent admoneri, neque ab iis admonendis instruendisque eorum bona fides excusat.

---

(1) Ex declar. diei 11 Febr. 1661 confirmata in Constit. « *Sacramentum poenitentiae* ».

4. Sacerdotes ad sacras audiendas confessiones constituti, qui de hac obligatione poenitentes suos non admonent, debent puniri (1).

5. Poenitentes admoniti et omnino renuentes nequeunt absolvi: qui vero ob iustam causam denunciationem differre debent, eamque quo citius poterunt faciendam spondent serioque promittunt, possunt absolvi.

6. Denunciationes anonymae contra sollicitantes ad turpia nullam vim habent: denunciationes enim fieri debent in iudicio, nempe coram Episcopo eiusve delegato cum interventu ecclesiastici viri, qui notarii partes teneat, et cum iuramento et cum expressione et subscriptione sui nominis; nec sufficit si fiat per apochas vel per litteras sine nomine et cognomine auctoris (2). Ceterum prohibetur, ne in recipiendis denunciationibus praeter iudicem et notarium, virum utrumque ecclesiasticum speciali et scripto exarata Episcopi deputatione munitum, testes intersint. Cavendum quoque ne ex denunciantibus quaeratur, num sollicitationi consenserint: et convenientissimum foret, si de huiusmodi consensu quantumvis sponte manifestato nihil notetur in tabulis (3).

7. Denunciationis onus est personale et ab ipsa persona sollicitata adimplendum. Verum si gravissimis difficultatibus impediatur, quominus hoc perficere ipsa possit, tunc vel per se, vel epistolam, vel per aliam personam sibi benevisam suum adeat Ordinarium vel sanctam Sedem per sacram Poenitentiariam, vel etiam per hanc supremam Inquisitionem, expositis omnibus circumstantiis, et deinde se gerat iuxta instructionem quam erit acceptura. Si vero necessitas urgeat, se

---

(1) Ex declar. sub diebus 20 Martii 1624 et 10 Octob. 1626 penes Albit. de Inconst. in fide cap. 35 num. 17.
(2) Albit. loc. cit. n. 21.
(3) Ex declar. Urbani VIII. sub fer. V die 17 April. 1624.

gerat iuxta consilia et monita sui confessarii. Ast si nullo impedimento detenta denunctiationem omnino renuat, in hoc casu aliisque supra memoratis laudandus est confessarius, qui operam suam poenitenti non denegaverit, et vel Ordinarium vel sanctam Sedem pro opportunis providentiis consuluerit, suppresso tamen poenitentis nomine. Formulas autem hisce in casibus adhibendas tradunt probati auctores, quos inter Pignatelli consult. 104, Carena, Albitius etc.

8. Non infrequenter occurrit casus, ut confessarius aliusve ecclesiasticus vir ab Episcopis (quorum utique haec potestas est) deputetur ad denunciationes recipiendas in re ad sollicitationis crimen spectante absque interventu notarii. Huic instructioni folium adiicitur circa modum, quo hisce in casibus confici denunciatio debet. Qui enim ad hoc gravissimum munus viri maxime idonei destinantur, de actu denunciationis iudiciaria ratione assumendo instrui debent, ac moneri, ut statim a recepta denunciatione eam continuo ad ipsum Episcopum, a quo fuerunt deputati, caute transmittant, neque confecti actus exemplum vel vestigium aliquod sibi retineant. Atque in hunc fere modum haud difficulter denunciandi munus adimpletur. Profecto a locorum Ordinariis efficiendum est, ne ad loca suae iurisdictioni subiecta applicare oporteat quod pro missionibus Pernambuci in America die 22 Ianuarii an. 1627 declaratum fuit: *Mulieres* videlicet *sollicitatas non teneri ad denunciationem si ministri Inquisitionis et vicarii Episcopi in longinquis regionibus degentes sine gravi incommodo adiri nequeant.*

9. Si in denunciationibus, quod non raro contingit, aliae indicantur personae forte pariter sollicitatae, vel quae de hoc crimine testimonium ferre aliqua ratione possint, hae quoque omnes et seorsim iudiciaria forma superius enunciata examinandae sunt: et primo per *generalia,* deinde per gradus, quoad ita res ferat, ad *particularia* deveniendo interrogari debent, utrum et

quomodo revera fuerint ipsae sollicitatae, vel alias personas fuisse sollicitatas viderint vel audierint.

10. Accepta denunciatione non illico proceditur, sed a superiore ecclesiastico inquiri sedulo debet, utrum persona denuncians sit fide digna. Sollicitationis crimen ut plurimum secreto perpetratur; hinc privilegium est, ut in causis, quae contra hoc crimen instituuntur, ad plenam probationem faciendam attestationes etiam singulares admittantur. At in memoratis summorum Pontificum constitutionibus praescribitur, ne cum testibus singularibus procedatur, nisi praesumptiones, indicia et alia adminicula concurrant. Pondus igitur cuiusque denunciationis, qualitates et circumstantiae serio accurateque perpendendae sunt, et antequam contra denunciatum procedatur perspectum exploratumque indici esse debet, quod mulieres vel viri denuntiantes sint boni nominis, neque ad accusandum vel inimicitia vel alio humano affectu adducantur. Oportet enim, ut testes huiusmodi singulares ab omnibus privatis affectionibus sint immunes, ut ipsis integra fides haberi possit (1).

11. Ea est huius supremae Inquisitionis consuetudo, ut post unam alteramve denunciationem rescribatur, quod denunciatus, *observetur*, ita videlicet super delato crimine suspectus habeatur, ut quum primum per novas denunciationes res explorata erit, in iudicium vocandus sit. Ut plurimum nonnisi a tertia denuntiatione procedi solet. Ad formale examen vocantur parochi vel probatae fidei spectataeque virtutis viri praesertim ecclesiastici, qui cum iuramento de veritate dicenda et de secreto servando super qualitatibus denunciantium et denunciati, et super mutuis eorum odiis et inimicitiis examinentur. Hisce peractis dili-

---

(1) Ex instruct. iussu Pii VI. anno 1775 ad Vicar. apost. Cocincinae data.

gentiis, reus in iudicium adducitur, et coram iudice cum interventu ecclesiastici viri, qui notarii partes agat, super singulis cuiusque denunciationis et examinis adiunctis, iuramento dicendae veritatis obstrictus, respondere debet. Cavetur solertissime, ne denunciantium nomina reo manifestentur et ne sacramentale sigillum quoquomodo violetur.

12. Quando perspecta evaserit patrati criminis veritas, reo ad defensionem, prout iura exposcunt, admisso, deveniendum erit ad illi interdicendum in perpetuum, ne confessiones excipiat, subtrahendo omnes et quascumque facultates ad id muneris, eidem etiam per quodcumque privilegium vel ab ipsa sancta Sede impertitas. Huiusmodi sententiam Episcopus ipse et non alius ab eo delegatus proferat: et pro modo culpae, atque omnibus attentis circumstantiis caeteras quoque poenas reo irroget, quae in supradictis pontificiis constitutionibus decernuntur. Praeterea si reus in iudicio crimen confessus fuerit, congruam debet emittere abiurationem, ut se ita purget ab ea, quam incurrit, haeresis suspicione: et hac quoque poena in ipsa sententia multetur. Notandum est, poenas huiusmodi omnes et ipsam inhabilitatem ad sacrosanctum Missae sacrificium celebrandum in decreto Benedicti XIV die 5 Augusti anno 1745 praescriptam, esse tantum *ferendae sententiae*. Abstinendum tamen erit ab infligenda degradatione et traditione brachio saeculari. Id nimirum a Gregorio XV statutum fuit: ceterum *ad terrorem* potius impositum haberi debet quam ut executioni mandetur (1).

13. Qui nullis omnino super hoc crimine praeventi denunciationibus, conscientia victi, Ordinario loci

---

(1) Albit. op. cit. cap. 15 n. 13 et Benedict. XIV in privata epistola die 11 Novembr. anno 1743 data ad Emanuelem de Azevedo S. I. presbyterum.

eiusve delegato se sistunt, patrata a se sollicitationis flagitia sponte confitentur et veniam petunt, dimitti debent cum congrua abiuratione et poenitentiis dumtaxat salutaribus, adiecto consilio vel praecepto, ut ab excipiendis personarum sollicitatarum sacris confessionibus se abstineant: nec coeteris poenis antea dictis, accedentibus licet postmodum denunciationibus, afficiantur. Qui vero iudiciaria forma iam praeventi, sed nondum citati, sua sponte se sistunt, et ii pariter quos, veritatem non integram sed diminutam in spontanea apparitione confessos esse Ordinarius loci ex acceptis postea denunciationibus deprehenderit, beneficio impunitatis non gaudent, verumtamen pro ipsius Ordinarii prudentia mitius puniantur.

14. Quod in hisce causis vel ex commissione apostolica vel ex iure episcoporum proprio tractandis maiorem in modum curari et observari debet illud est, ut eaedem causae utpote ad fidem attinentes secretissime peragantur, et postquam fuerint definitae et executioni iam traditae, perpetuo silentio omnino premantur. Omnes curiae ecclesiasticae administri et quicumque alii ad has pertractandas vel patroni ad defendendas causas assumuntur, iusiurandum de secreto servando debent emittere, et ipsi Episcopi aliique locorum Ordinarii ad servandum secretum obstringuntur, prout in iure cautum est cap. *Statuta* fin. de haeret. in 6. et in Clementina *Multorum* § *Porro* de haereticis. Qui vero denunciationis oneri satisfaciunt, quique in hisce causis examini subiiciuntur, iuramentum ab initio de veritate dicenda, et actu expleto, de secreto servando, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, etiamsi sint sacerdotes, praestare tenentur. Haec si caute sancteque teneantur, nullum invidiae infamiaeque vel aliud quodvis periculum timeri potest, quod vel testes a dicenda veritate, vel competentes iudices ab investigando et condignis poenis animadvertendo sollicitationis crimine contineat.

15. Indultum fuit a Pio VI in istructione, de qua antea dictum est, anno 1775 ad vicarium apostolicum Cocincinae data, ut cum difficillimum sit in illis tam dissitis ac disparatis regionibus ea omnia adamussim servare, quae in hisce causis servanda sunt; et cum si aliqua ex his omittantur, iustitia non patiatur, ut poenae infligantur adversus reos, de quorum crimine iudiciaria ratione adhuc sufficienter non constat, tunc consultius fortasse esset, si extra iudicii ordinem procedatur ad occurrendum tanto malo mediis et modis magis facilibus et expeditis, quos in casibus particularibus Vicarii apostolici prudentia cum animarum zelo coniuncta suggeret. Iam vero quisque videt hanc indulgentiam pro locis adeo dissitis ac disparatis factam neque omnibus esse communem, neque absque Apostolicae Sedis auctoritate iure posse ubivis induci.

16. Ceterum si locorum Ordinarii in conficiendis processibus, vel etiam, confecto processu, in proferenda sententia contra sollicitantes ad turpia in confessione gravioribus involvantur difficultatibus, rem, transmissis actis, deferre poterunt ad hanc supremam Congregationem, quae peculiares instructiones singulis casibus accomodatas, ut saepe fit, tradet, ac definitivam sententiam, si expediens fuerit, ipsa proferet.

Haec sunt quae ad praedictam pontificiam constitutionem caute recteque exequendam conducunt, quaeque, utpote ubique locorum observatu facilia, sacra haec Congregatio supremae et universalis Inquisitionis pastorali Ordinariorum zelo ac sollicitudini vehementer commendat.

Datum Romae die 20 Februarii 1867.

C. Card. Patrizi.

67.

Instructio circa modum quo recipi debent denunciationes in re ad sollicitationem spectante ab iis, qui ad denunciationem aliquam absque interventu notarii recipiendam delegantur.

Delegatus incipiet actum a notando die, mense, anno.

Die..... mensis..... anni.....

Sponte personaliter comparuit coram me infrascripto sistente in (*notabit locum et dioecesim ubi reperitur ad actum recipiendum*) ad hunc actum tantum ab Illmo et Rmo N. specialiter delegato, prout ex eiusdem Ordinarii litteris mihi directis et datis sub die (*exprimet quo die ipsi scriptae fuerint litterae*) praesenti positioni alligandis, NN. (*scribet nomen, cognomen, patrem, patriam, aetatem, conditionem et habitationem personae denunciantis; et si haec religiosa fuerit, exprimet etiam nomen, quo ea vocabatur in saeculo. Deinde prosequetur*) cui delato iuramento veritatis dicendae, quod praestitit tactis SS. Dei Evangeliis, (*quae manu tangere faciet*) exposuit prout infra, videlicet:

Hic persona denuncians vernaculo sermone declarare debet, se scire obtentam esse ab Ordinario loci facultatem recipiendi absque interventu notarii, quod ad suam conscientiam exonerandam expositura est, propterea quia iustis de causis eidem Revmo Antistiti se sistere nequit: deinde narrare continuo debet quae ad sollicitationes ei factas attinent, seu verba fuerint, seu scripta, seu actus, accurate describendo locum, tempus, occasionem, vices et singula adiuncta, nec non utrum in actu confessionis an prius vel post sacramentalem absolutionem ea evenerint. Nominare debet confessionalem sedem et ipsum confessarium sollicitantem, et quatenus huius nomen et cognomen aut ignoret aut oblita fuerit, describet accurate illius personam, omnes distincte characteres notando, ita ut ille recognosci possit. Animadvertat delegatus, non

esse interrogandam personam denunciantem, utrum consensum ad actum turpem quocumque modo praestiterit vel recusaverit, cum ipsa ad suos defectus manifestandos non teneatur. Hisce exscriptis prout narrantur, delegatus quae sequuntur neque aliud praeterea quidpiam requiret.

Interr. An sciat, vel dici audierit, dictum. N. N. (*nominando personam*) confessarium sollicitasse alias poenitentes ad turpia? et quatenus etc.

Resp. (*Notabit responsionem, et si haec affirmativa fuerit, nomen et cognomen personarum sollicitatarum exquiret et causam scientiae*).

Interr. De fama supradicti confessarii N. N. tam apud se quam apud alios? et quatenus etc.

Resp. (*Responsionem exscribet*).

Interr. An odio vel amore praefata deposuerit, et super inimicitia aliisque generalibus etc., et quatenus etc.

Resp. Recte *si ad propriam conscientiam exonerandam denunciasse se dicet. Si a sollicitatione plus uno mense praeterlapsum fuerit, erit etiam interroganda*:

Interr. Cur tamdiu distulerit praefata denunciare proprio Ordinario, et conscientiam suam exonerare?

Resp. (*Notabit responsionem*).

Actus claudatur hac ratione:

Quibus habitis et acceptatis etc. dimissus (vel dimissa) fuit iuratus (vel iurata) de silentio servando ad novum tactum SS. Dei Evangeliorum; (*super Evangelium iterum iurabit*) et in confirmationem praemissorum se subscripsit (*et si scribere nesciat*) et cum scribere nesciret, prout asseruit, fecit signum crucis (*crucis signum calamo faciendum ab ea exiget*).

Postquam denuncians se subscripserit, aut crucis signum fecerit, subscribet se delegatus hoc modo:

Acta sunt haec per me NN. ab Illmo et Rmo Antistite NN. ut supra specialiter delegatum.

Integrum deinde actum directe ad proprium Ordinarium delegantem transmittet, una cum instructione et litteris acceptis nihil omnino apud se retinendo.

68.

Istruzione per un delegato a ricevere senza intervento di notaio una denunzia in materia di sollecitazione. (Est eadem ac praecedens, ac inservit pro Italia).

Il delegato dovrà incominciare l'atto dalla data del giorno, del mese e dell'anno.

Die..... mensis ..... anni.....

Sponte personaliter comparuit coram me infrascripto, sistente in..... (Noterà il luogo, dove trovasi a ricever l'atto) *ad hunc actum tantum a Sac. Suprema Congregatione S. Officii specialiter delegato, prout ex eiusdem Sac. Congregationis litteris mihi directis et datis sub die*..... (dovrà porre la data della lettera, che se gli scrive) *praesenti positioni alligandis.* (Oppure avendo il delegato ottenuta la facoltà per rescritto, dovrà notare la data del medesimo scrivendo) *prout ex decreto eiusdem Sac. Congregationis lato sub die* .....

N. N..... (dovrà scrivere in lingua latina il nome, cognome, padre, patria, età, condizione ed abitazione della persona denunziante, ed essendo questa religiosa, dovrà esprimere il nome, che portava nel secolo. Proseguirà poi) *cui delato iuramento veritatis dicendae, quod praestitit, tactis SS. Dei Evangeliis* (lo farà giurare col porre la mano sopra l'Evangelo) *exposuit, prout infra, videlicet:*

Avendomi V. S. significato di aver ottenuta dalla Sac Congregazione del S. Offizio la facoltà di poter ricevere senza intervento di notaio lo sgravio, che sono per fare della mia coscienza, non potendo io per giusti motivi comparire nel S. Offizio, sono perciò a dirle .... E qui la denunziante dovrà raccontare tutte le sollecitazioni seguite in parole ed in fatti, specificando il tempo, luogo ed occasione, quante volte e con tutte le sue circostanze; se nell' atto della

confessione, se prima o dopo l'assoluzione sagramentale, facendole descrivere il confessionale, nominare il confessore sollecitante, e quando non lo sappia nominare e cognominare, farglielo descrivere in maniera, che se ne possa venire in cognizione, raccontando tutte le particolarità distintamente. Avverta però il delegato di non interrogare la denunziante se ha prestato o non prestato in qualsivoglia modo il consenso all'atto turpe, non essendo obbligata a palesare i difetti suoi; bensì dovrà farle le seguenti sole interrogazioni, e non altre.

Interr: An sciat, vel dici audierit dictum N. N. ..... (nominandolo) *confessarium sollicitasse alias poenitentes ad turpia? et quatenus etc.*

Resp: Noterà la risposta, e se sarà affermativa le farà nominare e cognominare le persone sollecitate, ed assegnare la causa della scienza.

Interr: De fama supradicti confessarii N. N. tam apud se, quam apud alios? et quatenus etc.

Resp: Scriverà la risposta.

Interr: An odio vel amore praefata deposuerit, et super inimicitia, aliisque generalibus etc. et quatenus etc.

Resp: Recte (se dirà di aver denunziato per isgravio della propria coscienza).

Se sarà passato più di un mese dal tempo che sarà stata sollecitata, dovrà farle ancora la seguente interrogazione.

Interr: Cur tamdiu distulerit praefata denunciare S. Officio, et propriam conscientiam exonerare?

Resp: Noterà ciò che risponde.

Chiuderà l'atto nel modo seguente:

Quibus habitis et acceptatis etc., dimissa fuit iurata de silentio servando ad novum tactum SS. Dei Evangeliorum: (facendola nuovamente giurare sopra l'Evangelo) *et in confirmationem praemissorum se sub-*

scripsit, (e non sapendo scrivere) *et cum scribere nesciret, prout asseruit, fecit signum crucis* (facendole fare una croce colla penna).

Dopo che si sarà sottoscritta o crocesegnata la denunziante, si sottoscriverà il delegato così:

Acta sunt haec per me N. N. ..... a Sac. Congregatione Sancti Officii ut supra specialiter delegatum.

Il tutto dovrà poi rimandare originalmente e direttamente alla Sacra Congregazione del S. Offizio insieme colla presente istruzione e lettera, che se gli scrive, senza ritenere cosa alcuna presso di sè, nemmeno in copia.

69.

Instructio et norma ab Ordinariis locorum in examinibus per generalia conficiendis observandae.

Non raro ad hanc Congregationem Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis transmittuntur ab Ordinariis vel a Sacra Poenitentiaria denunciationes contra confessarios sollicitantes poenitentes ad turpia: et saepe accidit, ut in denunciationibus ipsis inducantur aliae poenitentes vel uti certo ad turpia sollicitatae, vel tantum ex indiciis inductae, quae tamen obligationi de denuntiatione emittenda iuxta sacros canones satis non fecerunt. Ne autem crimen tam infandum absque debitis animadversionibus maneat, Sacra Congregatio ad tramitem Apostolicarum Constitutionum indicit locorum Ordinariis, ut inductas poenitentes opportuno examini subiiciant, ut inde legales probationes in processualibus tabulis resultent.

Verum experientia compertum est, huiusmodi examina non ita scite seu legaliter assumi a Iudicibus delegatis; ita ut saepius causas ipsas, alioquin graviores et in damnum ac scandalum fidelium vertentes, prosequi datum non sit.

Quapropter ne in posterum ex enunciatis defectibus in examinibus assumendis causae contra sollicitantes

infectae remaneant, Sacra Suprema haec Congregatio opportunum, immo necessarium censet locorum Ordinariis instructionem iuxta decreta ac ordinationes alias editas exaratam transmittere, qua examina poenitentum per generalia rite et legaliter prosequi valeant.

Praenotandum quod nimia circumspectione utendum est in personis ad examen invitandis; etenim non semper opportunum erit eas ad publicum cancellariae locum convenire, praesertim si examini subiiciendae sint vel puellae, vel uxoratae, aut famulatui addictae; tunc enim consultum erit eas vel in sacrario, vel alio iuxta prudentem Ordinarii seu iudicis aestimationem caute convocare ad earum examen assumendum. Quod si examinandae vel in monasteriis aut nosocomiis seu in piis puellarum domibus existant, tunc magna cum diligentia et diversis diebus iuxta circumstantias peculiares vocandae erunt.

Insuper animadvertant iudices, ad examina assumenda deputati, quod in eorum et cancellarii seu notarii (qui semper ecclesiastici esse debent) praesentia examinanda exclusive compareat absque socia, absque teste: etenim omnia sub inviolabili secreto perfici necesse est.

Tandem de actibus inde assumptis Ordinarii debent transmittere ad hanc Supremam Congregationem exemplar authenticum et cum suo originali collatum.

Hisce generatim praemonitis subnectitur norma examinis conficiendi.

Datum Romae die 20 Iulii 1890.

R. Card. Monaco.

Norma examinis per generalia assumendi.

Vigore epistolae Sacrae Supremae Congregationis datae sub die . . . . (vel vigore decreti Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi, Ordinarii) vocata personaliter comparuit coram Illustrissimo ac Reve-

rendissimo Domino N. N. sistente in cancellaria (vel in sacrario aut in collocutorio monialium seu piae domus) in meique etc.

N. N. nubilis (vel uxorata) degens in hac civitate N. N. in paroecia N. N., filia (vel uxor) N. N., aetatis suae..... conditionis civilis (aut agricolae aut famulatui addictae) cui delato iuramento veritatis dicendae, quod praestitit tactis SS. Dei Evangeliis, fuit.....

Interr. An sciat vel imaginetur causam suae vocationis et praesentis examinis?

Resp......

Interr. A quot annis usa sit accedere ad sacramentum poenitentiae?

Resp......

Interr. An semper apud unum eumdemque confessarium sacramentum poenitentiae receperit vel apud plures sacerdotes; insuper an in una, eademque, vel in pluribus ecclesiis?

Resp......

Interr. An a singulis, quibus confessa est sacerdotibus, exceperit sanctas admonitiones et opportuna praecepta, quae ipsam examinatam aedificarent et a malo arcerent, et quatenus etc.

Resp......

Notandum: Si responsio fuerit affirmativa, id est si dicat, se bene semper fuisse directam, tunc interrogetur sequenti modo:

Interr. An sciat vel meminerit aliquando dixisse vel audivisse, quod quidam confessarius non ita sancte et honeste sese gesserit erga poenitentes; quin murmurationes, seu verba contemptibilia contra ipsum confessarium prolata fuerint: ex. gr. quod ipsa examinata ab uno vel a pluribus poenitentibus, atque ab uno abhinc anno, vel a quatuor, aut tribus mensibus similia audierit?

Notandum: Si post hanc interrogationem et animadversionem examinata negare pergat, claudatur actus consueta forma, quae ad calcem huius instructionis prostat.

At si quidquam circa aliquem confessarium, iuxta ea de quibus interrogatur, aperuerit, ulterius interrogabitur prout sequitur:

Interr. Ut exponat nomen, cognomen, officium, aetatem confessarii, et locum seu sedem confessionis; an sit presbyter saecularis vel regularis, et quatenus etc.

Resp. .....

Interr. Ut exponat seriatim, sincere et clare ea omnia, quae in sacramentali confessione vel antea vel postea, vel occasione confessionis audierit a confessario praedicto minus honesta; vel an ab eodem aliquid cum ipsa inhoneste actum fuerit nutibus, tactibus seu opere, et quatenus etc.

Notandum: Hoc loco iudex solerter curabit ut referantur iisdem verbis, quibus confessarius usus fuerit, sermones turpes, seductiones, invitamenta conveniendi in aliquem locum ad malum finem, aliaque omnia, quae crimen sollicitationis constituunt, adhibita vernacula lingua, in qua responsiones sedulo et iuxta veritatem exarabuntur; animum addat examinatae, si animadvertat, eam nimio timore aut verecundia a veritate patefacienda praepediri, eidem suadens omnia inviolabili secreto premenda esse. Denique exquiret tempus a quo sollicitationes inceperint, quamdiu perduraverint, quoties repetitae, quibus verbis et actibus malum finem redolentibus expressae fuerint. Cavebit diligenter ab exquirendo consensu ipsius examinatae in sollicitationem, et a quacumque interrogatione, quae desiderium prodat cognoscendi eiusdem peccata.

Interr. An sciat vel dici audierit praedictum confessarium alias poenitentes sollicitasse ad turpia; et quatenus, eas nominet (atque hic iubebit tradere nomen, cognomen et saltem indicia clariora, quibus aliae personae sollicitatae detegi possint).

Resp. .....

Notandum: Si forte inducantur aliae personae sollicitatae, erit ipsius iudicis eas prudenter advocare et singillatim examinare iuxta formam superius expositam.

Interr. De fama praedicti confessarii tam apud se quam apud alios?

Resp. .....

Interr. An praedicta deposuerit ex iustitiae et veritatis amore, vel potius ex aliquo inimicitiae vel odii affectu, et quatenus etc.

Resp. .....

Quibus habitis et acceptatis dimissa fuit iurata de silentio servando, iterum tactis SS. Dei Evangeliis, eique perlecto suo examine in confirmationem praemissorum se subscripsit (si fuerit illiterata dicatur) et cum scribere nesciret fecit signum crucis.

(*subscripto personae examinatae*)

Acta sunt haec per me N. N. cancellarium vel notarium ad hunc actum assumptum.

70.

Instructio Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis super diligentiis in causis de sollicitationis crimine peragendis.

I. Instructionis S. Romanae et Universalis Inquisitionis circa observantiam Apostolicae Constitutionis « Sacramentum Poenitentiae » N. 10 praecipitur ut, *antequam contra denunciatum procedatur, perspectum exploratumque iudici esse debeat, quod mulieres vel viri denunciantes sint boni nominis, neque ad accusandum vel inimicitia vel alio humano affectu adducti fuerint.*

II. Praeceptum huiusmodi, uti omnia quae ad huius supremi tribunalis procedendi rationem spectant, strictissimi iuris censendum est, ita ut, eo neglecto, ad ulteriora procedi nequeat.

III. Nec sufficit ut id utcumque, sed omnino necesse est ut certa iudiciali forma iudici innotescat; quod propria dictione: « *diligentias circa denunciatum eiusque denunciantes peragere* » significari in foro S. Officii usus obtinuit.

IV. Iamvero cum non semper nec ab omnibus vel tantum post longum tempus, cum nempe testimoniorum receptio difficilis et quandoque impossibilis est, supremum hoc tribunal id servari perspexerit, hanc ad rem instructionem, pro Reverendissimorum Ordinariorum norma, edendam mandavit.

V. Ordinarius igitur toties quoties aliquam de infando sollicitationis crimine denunciationem acceperit, illico ad diligentias peragendas procedet. Ad quem finem vel per se vel per sacerdotem a se *specialiter* delegatum advocabit (separatim scilicet et qua decet circumspectione) duos testes, quantum fieri poterit, ex coetu ecclesiastico, utcumque vero omni exceptione maiores, qui bene noverint tum denunciatum tum omnes et singulos denunciantes, eosque, sub sanctitate iuramenti de veritate dicenda et de secreto S. Officii servando, iudicialiter interrogabit, testimonium scripto referens, iuxta insequentem formulam; utriusque vero testimonii atque una simul respectivae denunciationis authenticum exemplum directe tutaque via ad hanc Supremam Congregationem quamprimum transmittet.

VI. Dictum est: « vel per se vel per sacerdotem a se *specialiter* delegatum »; nihil enim prohibet quominus, rationabili ex causa, pio alicui, docto ac prudenti sacerdoti id muneris Ordinarius demandare valeat; *speciali* tamen ei in singulis casibus delegatione impertita, eique antea delato iureiurando de munere fideliter obeundo et de secreto S. Officii servando.

VII. Quod si inveniri nequeant duo tantum testes, qui noverint una simul denunciatum et omnes et singulos denunciantes, plures vocari debent. Tot nempe hoc in casu testes, ut supra, vocanpi erunt, quot

oportebit ut duplex quoad denunciatum et unumquemque denunciantem habeatur testimonium.

VIII. Quoties autem iuramentum de secreto servando et, pro diversis casibus, de veritate dicenda vel de munere fideliter obeundo deferendum sit, iuramentum ipsum semper et ab omnibus, etiam sacerdotibus, *tactis Ss. Dei Evangeliis et non aliter,* praestandum erit. In Ordinarii vero potestate erit, siquidem pro rerum, locorum aut personarum adiunctis necessarium vel expediens iudicaverit, excommunicationem ipso facto incurrendam et Rom. Pont. speciali modo reservatam violatoribus comminari.

IX. Sequitur interrogationis formula.

Die..... mense..... anno.....

Vocatus personaliter comparuit coram me infrascripto Episcopo..... *(notetur nomen dioecesis. Delegatus autem dicat:* coram me infrascripto a r. p. d. Episcopo..... ad hunc actum tantum specialiter delegato) sistente in ..... *(notetur locus ubi negotium geritur).*

N. N..... *(nomen, cognomen et qualitates testis conventi)* qui, delato ei iuramento veritatis dicendae, quod praestitit tactis Ss. Dei Evangeliis, fuit per me ...

1. *Interr.* Utrum noverit sacerdotem N. N.....? *(nomen, cognomen et qualitates denunciati).*

Resp. ..... *(exscribatur lingua, qua utitur testis, eius responsio).*

2. *Interr.* Quaenam sit huiusce sacerdotis vitae ratio, quinam mores, quaenam penes populum existimatio?

Resp. .....

3. *Interr.* Utrum noverit viros vel, ut plurimum, mulieres N. N..... N. N.....? *(nomen, cognomen et qualitates uniuscuiusque denunciantis).*

Resp. .....

4. *Interr.* Quaenam sit uniuscuiusque eorum vitae ratio, quinam mores, quaenam penes populum existimatio?

Resp. .....

5. *Interr.* Utrum eos censeat fide dignos, vel contra mentiendi, calumniandi in iudicio et etiam peierandi capaces eos existimet?

Resp. .....

6. *Interr.* Utrum sciat, num forte inter eos et praefatum sacerdotem ulla unquam extiterit odii vel inimicitiarum causa?

Resp. .....

Tunc, delato ei iuramento de secreto S. Officii servando, quod praestitit ut supra, dimissus fuit, et antequam discederet, in confirmationem praemissorum se subscripsit:

Subscriptio autographa testis vel eius signum ✠ crucis.

Acta sunt haec per me N. N. ..... (*nomen, cognomen et qualitates Episcopi vel eius delegati qui testimonium recepit*).

Signum Curiae Episcopalis

Datum Romae die 6 Augusti 1897.

L. M. Card. Parocchi.

71.

Modus peragendi constituta in causis sollicitationis ad turpia.

I. Quoniam nemo damnandus est nisi discussus; ita etiam, imo multo magis, in causis de infando ad turpia sollicitationis crimine, post tertiam, a qua tantum ut plurimum procedi solet, acceptam denunciationem, diligentiisque, quas vocant, hisce in causis omnino necessariis rite peractis, ipsemet reus in iudicium adducendus est, ut coram iudice et notario super singulis cuiusque denunciationis et examinis adiunctis, iuramento dicendae veritatis obstrictus, legaliter excutiatur (1).

II. Haec praesumpti rei in iudicium adductio et consequens eius legitima discussio, forensi dictione *Constituta* appellari solent; eaque criminalis iudicii essentialem partem esse ex supradictis facile coniicitur. Ut igitur in re tanti momenti Rmae Curiae Episcopales recte sese gerere valeant, praesens eis instructio pro norma erit.

III. Et primo quidem animadvertendum est, sacerdotes sollicitantes, ut primum constitutis subiiciuntur, ipso facto, nisi aliter rationabili ex causa Sacrum Tribunal *expresse* decreverit, in suspensionem *a divinis*, duraturam donec ab ipso Sacro Tribunali dimittantur, incidere. Meminerit igitur iudex, constituta peragens, id reo constituendo inde ab initio iuridice intimare vel, pro diversitate casuum, eum opportune monere quod si absque ulla suspensione vel forte tantum cum suspensione ab audiendis confessionibus constitutis subiicitur, Sacri Tribunalis benignitati id prorsus acceptum ferre debet.

---

(1) Videsis aliam instructionem, quae incipit « *Quae supremus Pontifex* » n. 66. (*Vide supra pag. 88, § 14*).

IV. Hac adnotatione praemissa, Episcopus vel, Episcopo legitime impedito, eius Vicarius Generalis, aut alia ecclesiastica persona omni exceptione maior, ei benevisa, de ipsius tamen Episcopi *speciali* mandato eique antea delato *super Ss. Evangeliis,* et non aliter, iureiurando de munere fideliter obeundo et de secreto Sancti Officii servando (quae omnia in actis de spectantibus ad supremum tribunal S. Officii semper servanda sunt), cum interventu pii ac prudentis ecclesiastici viri, qui notarii partes agat et cui idem antea iuramentum, ut supra, delatum sit, statuta die advocabit reum.

V. Notarius incipiet actum his vel his similibus verbis:

Die .. *mense* ..... *anno* .....

« *Vocatus, personaliter comparuit coram R. P. D. Epi-*
« *scopo* ... (vel: *coram* ... *a proprio Episcopo specia-*
« *liter delegato*) *sac. NN. NN. qui , delato ei iura-*
« *mento veritatis dicendae* (hic iudex invitabit reum
« conventum ad iuramentum super Ss. Evangeliis prae-
« standum) *quod praestitit tactis Ss. Dei Evangeliis,*
« *fuit per dominum* .....

« *Interrogatus de sui ipsius nomine , cognomine, paren-*
tibus, patria, aetate, conditione etc.

« *Resp.* ..... (Notarius exscribet lingua vulgari et quan-
« tum fieri poterit, iisdem verbis, quibus utitur reus,
« eius responsiones).

« *Interr. Utrum sciat vel forte imaginetur suae, voca-*
« *tionis causam* ?

« *Resp.* ..... (et sic continuabitur usque ad finem
« adnotando singulas interrogationes et responsiones
« ad eas) ».

VI. Si responsio secundae huic interrogationi fuerit affirmativa, iudex invitabit reum ad omnia singillatim et sincere exponenda ; secus eum graviter monebit ut, propria conscientia excussa, dicat num forte alicuius criminis se gravatum sentiat. Et siquidem affirmative demum respondeat, eum, ut supra, invitabit ad proprias culpas, qua decet humilitate et sinceritate, con-

fitenda, expressis nominibus condelinquentium nec non dictis ac factis aliisque rerum adiunctis, quae criminum patratorum materiam et individualitatem constituunt.

VII. Et quoniam hoc in casu difficile est ut inde ab initio omnium reus meminisse queat, poterit iudex duorum vel trium dierum spatium ei constituere, quibus durantibus in oratione et lacrymis propriam conscientiam diligenter excutiat, tributa ei facultate suam confessionem, si velit, etiam scripto tradendi, quam in sequenti constituto iudex formiter recipiet vel, si fuerit scripto tradita, accipiet ab eius manibus folium, quo continetur, et tradet notario qui rem notabit e. g. hoc modo: « *Tradidit reus folium, suam confessionem, ut asseruit, scripto referens, quod incipit* ..... (adnotabit prima documenti verba) *et desinit* ..... (adnotabit postrema), *quodque accipiens signavi littera A* (signabit folium hac aliave alphabeti littera) *et de actis feci* » (1).

VIII. Post haec, conferens iudex factam a reo ore vel scripto confessionem cum denunciationibus in actis existentibus, siquidem in ea nihil omissum vel diminutum fuisse comperiet, contestationibus omissis, ad postremas interrogationes (n. XV et seqq.) procedet; sin vero aliquid in his inveniet, quod reus vel nullo modo vel non ex integro confessus sit, id ei tantum contestabitur, ut infra dicetur.

IX. Quod si contra reus adhuc negativus permanserit, eum iudex ulterius interrogabit, utrum sciat adversus quae delicta procedit supremum tribunal S. Officii, ac proinde, utrum forte cognoscat aliquem haereticum, blasphemum, sortilegum vel etiam aliquem sacerdotem sollicitationis crimine reum, ac tandem, utrum

---

(1) Modus hic semper servandus erit, quoties aliquod cuiuscumque generis documentum a reo oblatum in acta inserendum est.

alicuius ex his criminibus conscius, proprius ipsius animus se remordeat.

X. Transcripta a notario responsione, iudex perleget reo decretum quo, ut constitutis subiiceretur, mandatum est, et quaeret ab eo utrum illud acceptet aut aliquid contra excipiendum habeat. Dein eum iubebit propriae ipsius vitae cursum et rationem exponere: ubi natus, ubi educatus fuerit; studia quae peregerit; utrum et quos gradus academicos aliave honoris insignia promeritus sit; ubi commoratus, quibus muneribus officiisve functus fuerit, et cetera huiusmodi. Tandem quaeret ab eo utrum habeat inimicos, quinam ii sint et quaenam eorum inimicitiae causa; et, postremo loco utrum paratus sit veritatem candide fateri.

XI. Et hic gravibus quidem sed benignis verbis eum opportune monebit Supremum Tribunal S. Officii quam mitissime habere solere eos qui, propria crimina sponte confessi, se facti vere poenitentes ostendunt; e contra pervicaces denegationes nihil ei prodesse, cum enim praefatum supremum tribunal aliquem constituendum mandat, iam certa de eius culpabilitate possidet argumenta. Nolit igitur iam patratis delictis periurium atque obstinationem adiicere.

XII. Praemissis genericis hisce interrogationibus ac respectivis responsionibus fideliter relatis, iudex contestabitur reo singulas denunciationes, haud quidem, ut dici solet, uno et continuato spiritu, sed singulas partes distinctim, ut ecce: « *Utrum cognoscat aliquem sacerdotem qui in actu, occasione, praetextu confessionis, vel immediate ante vel immediate post confessionem, vel in loco ad confessiones excipiendas destinato* », et ita porro iuxta diversos casus, « *haec vel haec dixerit, haec vel haec egerit* ». Et hic referet, conceptis verbis, ea quae a denunciantibus enarrata sunt, incipiens a dictis et factis minus gravibus et ad graviora paulatim procedens, imo nec omittet contestari etiam dictum aliquod vel factum non criminosum, si quod sit a denunciantibus relatum, ut, eo ad-

misso, si forte deinde reus inficiabitur dicta vel facta criminosa, argui possit ea omnia ita coniuncta esse, ut nequeat fiscus alia uti vera alia uti falsa habere.

XIII. Si huiusmodi interrogationibus victus, reus tandem aliquando propria crimina confitebitur, post unam vel aliam contestationem satis erit integrum et suppressis supprimendis *ac praesertim denunciantis nomine, quod nulla unquam ex causa revelare licet*, denunciationis, de qua tunc agitur, tenorem perlegere et ad alias gradum facere. Sed si contra, in denegationibus persistat, singulae et cuiusque denunciationis partes, ut supra dictum est, omnino contestandae erunt, atque una simul contradictiones, in quas forte incidat, tergiversationes, effugia atque impares responsiones.

XIV. Haec autem agens, non omittet iudex praestiti iurisiurandi sanctitatem ei ad memoriam identidem revocare, eique simul declarare fiscum S. Officii eius denegationibus fidem habere non posse; nam denunciationes possidet numero plures, tempore distinctas atque a diversis personis emissas, quas ex certis testimoniis constat boni nominis esse, omnino fide dignas, calumniandi et peierandi incapaces, sibi invicem ignotas, unde conspiratio impossibilis, ac neque inimicitiae neque alio humano affectu ad accusandum adductas fuisse, sed tantum ut, ineluctabili obligationi satisfacientes, propriae conscientiae consulerent.

XV. Rebus huc adductis, iudex a reo sciscitabitur quid ipse sentiat circa sextum decalogi praeceptum et poenitentiae Sacramentum; num licitum putet confessario cum poenitentibus ita se gerere, uti ex certis documentis (vel, si confessus fuerit, ex sui ipsius confessione) ipsum se gessisse comprobatur, num forte censeat haec omnia a peccato esse aliena; et tandem utrum noverit Constitutionem Apostolicam s. m. Benedicti XIV, quae incipit «*Sacramentum Poenitentiae*» et poenas, quas confessariis sacro ministerio in perniciem animarum abutentibus ea comminatur.

XVI. Transcriptis responsionibus, quae orthodoxas esse supponitur, alioquin reus se manifestum haereticum proderet, iudex, prosequetur, *hisce omnibus non obstantibus, fisco S. Officii compertum esse eum in sollicitationis crimen iterum iterumque incidisse, ac omnes proinde incurrisse poenas, ab Apostolicis Constitutionibus in eiusmodi delinquentes latas; dicat igitur num aliquid in propriam excusationem afferre valeat.*

XVII. Post haec quaeret ab eo utrum testium examen repeti velit vel processum hic et nunc pro legitimo habere, et tandem utrum et a quo defendi cupiat, eum monens quod, etiamsi ipse defensionibus renuntiaverit, eius nihilominus causam S. Tribunalis reorum advocatus ex officio patrocinabitur.

XVIII. Quibus omnibus absolutis, perlegentur reo, si velit, omnia quae a notario scriptis tradita sunt, iisque ab eo probatis et acceptatis una cum correctionibus, additionibus et lituris, si quae sint, invitabitur ad subscribendum; ac delato ei iuramento de secreto S. Officii servando, dimittatur. Quae omnia notarius describet his verbis: *Quibus habitis et acceptatis, reus dimissus fuit iuratus de secreto S. Officii servando, et antequam discederet, in confirmationem praemissorum se subscripsit* ».

(*Subscriptio authographa rei conventi*).

« *Acta sunt haec per me*..... nomen et cognomen notarii ».

Signum
Curiae
Episcopalis

(Subscriptio Iudicis).

XIX. Haec omnia supponunt una eademque sessione constituta ad exitum perduci. Quod si contra, uti fere semper fieri solet, pluribus sessionibus opus sit, unaquaeque ex eis eodem modo aperietur et claudetur, appositis toties quoties in calce tum rei conventi tum notarii tum iudicis subscriptionibus, et in fine cuiusque sessionis iudex constituet reo diem sessionis sequentis, quod notarius notabit hoc modo: « *Quibus habitis et acceptatis, reus, constituta ei die ..... mens ..... ad iterum comparendum, dimissus fuit iuratus etc.* » ut supra. In sequenti vero sessione prima interrogatio erit: « *Utrum his quae in praecedentibus sessionibus gesta sunt, aliquid reus habeat ex se addendum, detrahendum, corrigendum* »; et transcripta responsione, continuabitur inde, ubi praecedenti examini finis factus fuit.

XX. Demum, solet aliquando decreto, quo aliquis constitutis subiici iubetur, addi clausula: « *Si reus negativus permanserit, non claudantur constituta* » vel: « *Sive reus se gravet sive non, iterum referatur* ». Id fit, generatim loquendo, cum non omnia quae poterant, acta expleta sunt; ut ecce, potissimum, si informes in actis habeantur denunciationes, vel si quae sint inductae, quae aliqua ex ratione ad examen per generalia vocatae non fuerint, vel etiam si diligentiae, quas vocant, aliquo ex capite deficiant. Hoc in casu iudex, suspensis ad n. XV constitutis, rem S. Tribunali deferet, ab eoque opportunas praestolabitur instructiones. Idque etiam, debita scilicet proportione, servandum erit, si forte reus, ut ei optio dari solet, testium repetitionem postulaverit, et quandocumque gravis aliqua inopinata difficultas oboriatur.

72.

Formula ad ferendam sententiam in causis sollicitationis.

Noi Fra N. N. dell' ordine de' Predicatori Maestro di Sacra Teologia, della Sacra Romana ed Universale Inquisizione Commissario Generale (oppure 1° Socio).

Essendochè voi N. N. figlio di N. N. di condizione ..... di età ..... etc. p. e. avete abusato del Sacramento della Penitenza con atti e parole contemplati nelle Bolle Pontificie e particolarmente nella Benedettina *Sacramentum Poenitentiae*: dicendo ..... facendo ..... per le quali delinquenze siete stato prevenuto e denunziato a questo S. Tribunale, dove fu contro di voi istruito formale processo e voi foste assoggettato ai costituti. Nei quali avete confessato ..... oppure essendovi mantenuto negativo etc. etc., siete però stato convinto ecc. (*secondo i casi*).

Quantunque però (*secondo i casi*) vi siate mantenuto negativo: e quantunque abbiate date buone risposte sulla vostra rettitudine di sentire in materia di dottrina e fede: e benchè l'avvocato dei rei abbia cercato di sostenere le vostre difese: tutto considerato gli Eñi e Rñi Signori Cardinali Generali Inquisitori hanno decretato quanto sopra vi è stato letto e comunicato. Ed è perciò, che noi abbiamo risoluto di venire ora contro di voi alla infrascritta definitiva sentenza.

Invocato dunque il SSñmo Nome di Nostro Signore Gesù Cristo, e della gloriosissima Sua Madre sempre Vergine Maria, per questa nostra definitiva sentenza, quale sedendo pro Tribunali proferiamo in questi scritti nella causa, e cause vertenti avanti di Noi tra il Sig. N. N. Procurator Fiscale di questo S. Offizio per una parte, e voi N. N. suddetto per quello che avete come sopra confessato o di che siete stato convinto, vi siete reso reo e dal S. Offizio siete stato giudicato colpevole di sollecitazione *ad turpia* e di falso dogma, e perciò siete incorso in tutte le censure e pene, che sono dai sagri canoni ed altre costituzioni generali e particolari contro simili delinquenti imposte e promulgate. Ma perchè avete *sponte* deposti li suddetti vostri errori, e domandatone umilmente il perdono, siamo contenti assolvervi dalla scomunica, nella quale siete (forse) perciò incorso, purchè prima con cuor sincero e fede non finta, abiuriate, dete-

stiate e malediciate li suddetti errori ed eresie, e generalmente ogni altro errore, eresia e setta contraria alla Santa Cattolica, ed Apostolica Romana Chiesa, come per questa Nostra definitiva sentenza ordiniamo, che dobbiate fare nel modo e forma, che da Noi vi sarà data.

Ed acciocchè questi delitti non rimangano affatto impuniti, siate più cauto in avvenire, e serviate agli altri di esempio vi condanniamo p. e. alla perpetua inabilitazione ad ascoltare le confessioni.

E per penitenze salutari vi imponiamo: .....

E così diciamo, pronunciamo, dichiariamo, ordiniamo, sentenziamo, e penitenziamo in questo, ed in ogni altro miglior modo e forma, che di ragione possiamo e dobbiamo

Ita pronunciavi

(*Firma del Rmo Commissario o Primo Socio*).

Die..... mensis..... anni..... lata, et his scriptis promulgata fuit antedicta sententia per supradictum ..... pro Tribunali sedentem Romae, ... et lecta alta et intelligibili voce per me infrascriptum etc. ibidem, praesente dicto ..... audiente et intelligente et non contradicente, quin imo parere volens, genuflexus coram P. S. tangens sacrosancta Dei Evangelia ante se posita, abiuravit haereses, et errores supradictos, et generaliter omnes, et quoscumque alios S. Catholicae, et Apostolicae Romanae Ecclesiae contrarios, prout in schedula suae abiurationis, ad quam etc., qua abiuratione peracta adhuc genuflexus, fuit absolutus in forma Ecclesiae consueta a sententia excommunicationis ..... et S. M. E. reconciliatus, adhibitis orationibus et caeremoniis solitis et consuetis, ac iniunctis ei poenitentiis salutaribus in dicta sententia contentis.

Super quibus etc.

Actum ubi supra praesentibus etc. etc.

V.

Formulae pro variis negotiis, quae extra recensitas classes vagantur.

73.

Formulae interdum adhibitae in casibus dubiae ordinationis.

1. *Difetto d' intenzione nel suscipiente:* – Iuxta exposita ordinetur secreto et sub conditione et ex gratia extra tempora et supplicandum SSmo, ut suppleat de thesauro Ecclesiae quoad Missas aliaque omnia, quae sanationis capacia sunt.
2. *Difetto d'istrumenti:* – Ordinationem esse repetendam ex integro et sub conditione, secreto, etiam extra tempora, et supplicandum SSmo pro sanatione actorum si quae forte a sacerdotibus expleta fuerint, et praesertim ut suppleat de thesauro Ecclesiae quoad Missas ab eis celebratas.
3. *Difetto quanto alla terza imposizione delle mani*: – Sub conditione in privato Oratorio, quovis anni tempore, suppleatur a quovis Episcopo induto de more tertia manuum impositio et forma respectiva: *Accipe Spiritum Sanctum* etc. non tamen repetendo caeremonias accidentales antea adhibitas.
4. *Omissione di parte dell' orazione nella* 2ª *imposizione delle mani*: « Ordinationem in Presbyterum secreto et sub conditione esse iterandam, adstantibus, si fieri possit, illis sacerdotibus, qui priori ordinationi adfuerunt, et supplicandum SSmo ut suppleat de thesauro Ecclesiae ad cautelam defectui Missarum, aliorumque actorum quatenus fieri potest.

74.

Formula dispensationis ab oneribus subdiaconatui vel diaconatui adnexis nec non a votis solemnibus.

SSm̃us D. N. D. ..... Divina Providentia Papa ..... in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, audita relatione suprascripti supplicis libelli una cum informatione et voto R. P. D. Episcopi N. N. ..... (*ovvero* Rm̃i P. Generalis Ordinis) praehabitisque RR. DD. Consultorum votis necnon Em̃orum ac Rm̃orum DD. Cardd. Gen. Inquisitorum suffragiis, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus, benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii NN. (1) qui, praevia absolutione a censuris et separatione a thoro per aliquod tempus ab eodem Ordinario determinandum (2), dispensare valeat oratorem NN. super (*se si tratta di religioso*) votis solemnibus ab eo emissis in ordine, de quo in precibus; (*oppure se si tratta di diaconi o suddiaconi:* super lege castitatis aliisque obligationibus sacro diaconatus vel subdiaconatus ordini inhaerentibus) eum in finem ut matrimonium valide, licite ac legitime contrahere possit cum muliere catholica (*ovvero cum viro catholico, se la dispensa è per monaca*) de qua in precibus (*se di fatto se ne fa cenno*), ita tamen ut si eidem supervivat ad alias nuptias transire nequeat: serio monitus quod si extra legitimum coniugii usum deliquerit se contra

---

(1) Clausula: *facta etiam subdelegandi facultate,* quae antea adponebatur, nunc omittitur in vim decl. sub die 18 Dec. 1898. – Confer notam ad N. 24, Pag. 35.

(2) Hae binae clausulae non semper adponuntur, sed tantummodo, *prior,* quando orator in censuram incidit ob attentatum matrimonium, *altera,* quum in concubinatu vivit.

votum et virtutem castitatis (*se si tratta di religiosi; oppure* contra legem et virtutem castitatis, se *si tratta di diaconi o suddiaconi*) deliquisse sciat. Ipse vero Ordinarius moneat oratorem, ut, si fieri possit, se transferat in locum, in quo ignoretur eius conditio religiosa (*ovvero* ecclesiastica *se si tratta di diac. o sudd. Questa clausula s'appone solo se compresa nel decreto; e talvolta si appone anche a modo di condizione, e cioè:* dummodo se transferat etc). atque eidem imponat salutares poenitentias, quamdiu vixerit adimplendas, nempe ut semel in hebdomada recitet tertiam partem Rosarii; in solemnitatibus Paschatis, Pentecostes, Nativitatis D. N. I. C., Assumptionis B. V. M. et Omnium Sanctorum peccata sua confiteatur sacerdoti ab Ordinario adprobato; singulis annis bis ieiunet, idest, semel in honorem Immaculatae Conceptionis B. V. et altera vice in honorem S. Ioseph sponsi eiusdem B. M. V. diebus ad libitum oratoris eligendis, quibus tamen ad ieiunium alia de causa non teneatur. Contrariis non obstantibus etc.

75.

Formula dispensationis a votis solemnibus et simul ab impedimento mixtae religionis.

Praevia absolutione a censuris, imposita gravi et diuturna poenitentia salutari cum frequentia sacramentalis confessionis, peractis spiritualibus exercitiis per decem dies, attentis peculiaribus circumstantiis, supplicandum Sanctissimo pro gratia remittenda R. P. D. Ordinario N. N., qui, quatenus mulieris conversio prius totis viribus obtineri nequeat, constito sibi de veritate expositorum, ac dummodo oratoris conditio religiosa penitus ignoretur nec de facili detegi possit, praestito iuramento nunquam redeundi ad regionem, in qua olim solemnia vota nuncupavit, et nisi aliud ei obstet canonicum impedimentum, dispensare valeat super voto solemni castitatis, et mixta communione, ut postquam

eadem mulier promiserit se permissuram, prolem utriusque sexus sive susceptam sive suscipiendam S. Baptismatis lavacro regeneratam in catholica religione educari, nec non viro catholico in libero eius religionis exercitio nullum impedimentum esse allaturam, et postquam ipse orator spoponderit iuramento se omni ope curaturum etiam post matrimonium, ut mulier abiurata haeresi catholicam religionem amplectatur et prolem utriusque sexus, ut supra, educaturum, et non antea nec aliter, matrimonium rite inter se contrahere et in eo postmodum remanere uterque possit, debitumque coniugale religioso viro exigere et reddere fas sit: prolem susceptam et suscipiendam exinde legitimam decernendo atque nunciando. Matrimonium vero contrahatur extra ecclesiam, omissis denunciationibus, absque ulla solemnitate et nuptiarum benedictione; viro religioso iniungatur obligatio reliqua solemnia vota in regulari professione emissa servandi, quantum prudenti iudicio Ordinarii in eo statu commode fieri possit, ac aliquod pium opus in professa religione fieri solitum ab eodem praescribendum quotidie peragendi; isque ulterius moneatur contra votum castitatis se facturum si (quod absit) extra licitum matrimonii usum deliquerit, nec ad alias nuptias transire posse, si mulieri supervixerit. Contrariis quibuscumque non obstantibus (1).

76.

Formula pro facultate extendendi tempus adimplendi praeceptum paschale.

Beatissime Pater,

Ordinarius ..... , ad pedes Sanctitatis Tuae humillime provulutus, facultatem enixe implorat, qua, ad consu-

---

(1) Haec formula, specialissimo in casu adhibita, hoc exhibet singulare, ut obligationem dispensato imponat *tria vota* substantialiter implendi.

lendum fidelium necessitati, praecepti paschalis adimplementum permittere valeat a..... ad.....

Die..... Sanctissimus D. N..... Divina Providentia PP.....

..... impertita ..... benigne indulgere dignatus est, ut R. P. D. Ordinarius orator in locis suae iurisdictioni subiectis, ubi sacrae missiones, spiritualia exercitia, instructiones catecheticae aliaeque huiusmodi piae conciones ad populum habeantur, aut sacrorum ministrorum quomodocumque copia desit, aliave rationabilis iudicioque suo sufficiens causa suppetat, petitam gratiam ..... concedere valeat. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

77.

Formula pro facultate binandi expressis ab Ordinario casibus et rationibus.

SSmus etc. attenta fidelium necessitate, eaque durante, benigne indulget, ut Episcopus orator, pro suo prudenti arbitrio et conscientia, in casibus in supplici libello expositis facultatem faciat sacerdotibus sibi benevisis iterandi sacrum diebus dominicis aliisque per annum festis de praecepto, firma tamen prohibitione recipiendi eleemosynam pro secunda missa, et addita sacerdotibus celebrantibus hortatione, ut devotam plebem pascant salutaribus verbis vel catechismi explanatione, servatis liturgicis regulis a Sac. Rit. Congregatione editis in Appendice ad Rituale Romanum. Contrariis etc.

78.

Formula similis
(*non expressis ab Ordinario casibus et rationibus*).

SSmus etc. benigne indulget, ut Episcopus orator iis in casibus, in quibus verificentur conditiones a Sa. Me. Benedicti XIV requisitae in sua instructione ad Epi-

scopum Oscen. diei 16 Martii 1746, vel saltem aequipollentia, iisque durantibus pro suo prudenti arbitrio et conscientia concedere valeat sacerdotibus sibi benevisis facultatem iterandi sacrum diebus dominicis aliisque per annum festis de praecepto, firma tamen uti supra etc.

79.

Formula indulgendi facultatem dicendi tres Missas nocte Natalis Domini et S. Communionem distribuendi (1).

Beatissimo Padre,

.....

prostrat..... altrono di Vostra Santità, implora..... umilmente un benigno indulto, in forza di cui sia permessa nella notte del S. Natale la celebrazione delle tre messe di rito e la distribuzione, durante le medesime, della SSm̃a Eucaristia.

Die.....

Sanctissimus D. N..... Divina Providentia PP. .....

impertita, remittit preces prudenti arbitrio et conscientiae Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis ..... Contrariis quibuscumque non obstantibus.

---

(1) Haec facultas a S. Officio solis piis communitatibus conceditur ac singulis annis renovari debet. Facultas Sacram Communionem recipiendi solas personas spectat, quae pertinent ad ipsam communitatem, vel ei aliquo modo sunt addictae; idque singulis vicibus in rescripto notatur.

80.

Formula pro facultate sumendi aliquid per modum potus ante S. Communionem (in forma commissoria).

Beatissime Pater,

.....

ad pedes Sanctitatis Vestrae provolut.... exponit se causa male affectae valetudinis non posse naturale ieiunium servare; hinc facultatem humiliter implorat aliquid per modum potus sumendi ante sanctissimam Eucharisticam Communionem.

Sanctissimus D. N. ..... Divina Providentia PP. ..... impertita benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii, qui facultatem orat..... concedere valeat sumendi aliquid per modum potus ante sanctissimam Communionem Eucharisticam ..... durante tantum exposita male affecta valetudine et remoto scandalo. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

81.

Similis concessio (in forma gratiosa).

Beatissime Pater,

.....

ad pedes Sanctitatis Vestrae provolut exponit se causa male affectae valetudinis non posse naturale ieiunium servare; hinc facultatem humiliter implorat aliquid per modum potus sumendi ante sanctissimam Eucharisticam Communionem.

Die .....

Sanctissimus D. N. ..... Divina Providentia PP. .....

impertita benigne indulsit, ut orat ..... sumere valeat aliquid per modum potus ante sanctissimam Eucharisticam Communionem .....

....., durante tantum exposita male affecta valetudine, de consilio confessarii et remoto scandalo. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

82.

Formula facultatis admittendi ad iuramentum suppletorium clericos post peractum servitium militare.

SSmus D. N. D. ..... Divina Providentia PP. ....., in solita audientia (vel per facultates) .....

..... impertita, audita etc. una cum Eminentissimorum etc. benigne indulsit, ut R. P. D. .....

..... Orator admittere possit clericos, de quibus in dicto supplici libello, ad iuramentum suppletorium praestandum pro tempore, quo servitii militaris causa morati fuerint in iis dioecesibus, in quibus probatio libertatis haberi nequeat per testimoniales litteras respectivorum Ordinariorum, vel per alia idonea documenta. Idque ad quinquennium. Contrariis etc.

83.

Formulae rescriptorum quibus conceditur facultas legendi et retinendi libros prohibitos.

N. B. – *Le formole sono 13. Sono le stesse che quelle della S. C. dell' Indice. Qui sono state trascritte nella loro parte sostanziale, coll'avvertenza che, quanto alla forma, il rescritto viene spedito secondo lo stile proprio del S. O. e cioè p. e.* SSmus D. N. D. Leo Divina Providentia Pp. XIII .....

..... impertita ..... benigne annuit ut .....

Pro solis Episcopis etiam titularibus.

..... liceat R. P. D. Oratori legere ac retinere libros quoscumque prohibitos et ephemerides, sub custodia tamen ne ad aliorum manus deveniant.

84.

Formula pro praestantissimis Sacerdotibus vel Ecclesiasticis vulgo dicta « amplissima ».

..... si vera sunt exposita, attentis litteris testimonialibus, liceat oratori quoad vixerit, legere ac retinere libros quoscumque prohibitos et ephemerides, sub custodia tamen ne ad aliorum manus deveniant, ac remoto scandalo. Exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus.

85.

Formula pro solis Ecclesiasticis, dicta « ampla » et « ad effectum ».

..... si vera sunt exposita, attentis litteris testimonialibus, liceat oratori quoad vixerit, legere ac retinere, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant et remoto scandalo, libros quoscumque prohibitos et ephemerides, non exceptis libris ex professo haeresim vel schisma propugnantibus, aut ipsa religionis fundamenta utcumque evertentibus, ad effectum eos impugnandi, et in sacri ministerii honestorumque studiorum subsidium. Exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus.

N. B. – *Quatenus adhibeatur pro praestantissimis laicis adponitur clausula:*

..... ad effectum eos impugnandi et in proprii officii (vel muneris) honestorumque studiorum subsidium:

86.

Formula « ampla »,
propria etiam certae classi laicorum.

..... si vera sunt exposita, attentis litteris testimonialibus, liceat oratori quoad vixerit, legere ac retinere, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, et remoto scandalo, libros quoscumque prohibitos et ephemerides. Exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus, nec non libris haeresim vel schisma data opera propugnantibus, aut ipsa religionis fundamenta utcumque evertentibus.

87.

Formula communis pro sacerdotibus saecularibus et regularibus.

..... si vera sunt exposita, attentis litteris testimonialibus, liceat Oratori, quoad vixerit, legere ac retinere, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, et remoto scandalo, libros quoscumque prohibitos et ephemerides. Exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus, nec non libris haeresim vel schisma data opera propugnantibus, aut ipsa religionis fundamenta evertentibus.

88.

Formula communis pro laicis cuiuslibet professionis.

..... si vera sunt exposita, attentis litteris testimonialibus, liceat oratori quoad vixerit, legere ac retinere sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, et remoto scandalo, libros quoscumque prohibitos et ephemerides, exceptis tamen libris ex professo de religione agentibus, et similiter iis, qui data opera res obscoenas tractant, narrant aut docent.

89.

Formula pro studentibus.

..... ratione studiorum, si vera sunt exposita, attentis litteris testimonialibus, liceat oratori legere ac retinere, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, libros prohibitos suae disciplinae proprios: exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus, et haeresim vel schisma propugnantibus, aut ipsa Religionis fundamenta utcumque evertentibus. Ubi vero studiorum cursum confecerit, et annum vicesimum quartum aetatis absolverit, iterum supplicet et eius ratio habebitur.

90.

Formula facultatis pro foeminis confessarii iudicio remittendae.

..... si vera sunt exposita, remittuntur preces prudenti arbitrio confessarii oratricis cum facultatibus necessariis et opportunis permittendi eidem, ut illos nominatim libros prohibitos, remoto scandalo, possit legere ac retinere, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, quos ei expedire in Domino iudicaverit. Exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus, et haeresim vel schisma propugnantibus, aut ipsa religionis fundamenta utcumque evertentibus.

91.

Formula communis pro rescripto Ordinarii vel confessarii iudicio submittendo.

..... si vera sunt exposita, remittuntur preces prudenti arbitrio et conscientiae Ordinarii (vel proprii pro tempore confessarii) oratoris cum facultatibus necessariis et opportunis permittendi eidem ut illos libros prohibitos et ephemerides legere ac retinere possit,

sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, quos ei expedire in Domino iudicaverit. Exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus et haeresim vel schisma propugnantibus, aut ipsa religionis fundamenta utcumque evertentibus.

92.

Formula facultatis conservandi libros prohibitos in bibliotheca familiae.

..... si vera sunt exposita, attentis litteris testimonialibus,liceat oratori, quoad vixerit retinere, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, libros prohibitos, qui in asserta bibliotheca haereditaria asservantur: exceptis operibus de obscoenis ex professo tractantibus, quae, si forte in ea deprehenduntur, statim comburenda sunt.

93.

Formula pro librariis et typographis.

..... si vera sunt exposita: attentis litteris testimonialibus Ordinarii oratoris, remittuntur preces arbitrio et conscientiae eiusdem Ordinarii, servatis tamen regulis in novissimis decretis generalibus Indicis (Tit. II, c. IV) circa impressionem et venditionem librorum prohibitorum praescriptis.

94.

Formula pro seminariis vel collegiis.

..... Sanctitas Sua preces benigne exaudiens, huic Sacrae Supremae Sancti Officii Congregationi commisit, ut praefatam facultatem ad ..... a te gratis omnino quovis titulo sub poena nullitatis exercendam, sequentibus conditionibus tibi impertiretur:

1.° Ut alumnis seu adolescentibus praedictis, ac eorum cuilibet, ii tantum permittantur libri, qui disciplinae suae proprii sint, et quorum lectio ratione studiorum suorum eis necessaria esse videatur.

2.° Ut libri huiusmodi prohibiti, antequam eorum permittatur lectio, diligenter examinentur, perspiciaturque, an manibus adolescentium sine graviori periculo tradi possint. Quod si ex eorum examine liqueat contra fidem vel bonos mores ex professo agere, aut ita pravos esse, ut timendum graviter sit, ne iuveniles animos corrumpant, perversisque opinionibus inficiant, nullo modo adolescentibus sunt permittendi. In ceteris autem concedendis caute agendum et sedulo a te curandum est, ut infectionis periculum, quantum fieri potest, removeatur, et contra venenum, quo hi libri imbuti sunt, opportunum eis antidotum praebeatur.

3.° Ut moneas eosdem alumnos licentiam supra memoratam pro tempore tantum, quo in collegio versantur, sibi concessam esse: quod si ea etiam post discessum ex disciplina collegii indigere videantur, necesse esse, ut ad Ordinarium vel ad ipsam Indicis Congregationem recurrant.

95.

Formula qua Ordinariis conceditur facultas permittendi subditis ut libros prohibitos retineant ac legant.

..... SSmus D. N. ..... commisit huic S. Cong. ut Tibi praedictam facultatem ad ..... (*v. g. triennium*) impertiatur, concedendi scilicet fidelibus tuae Dioeceseos, iusta et rationabili de causa, licentiam legendi retinendique libros prohibitos, certis tamen servatis legibus ac conditionibus.

Quamobrem:

1.° Viris dumtaxat probis eruditisque licentiam concedere possis legendi retinendique libros a Sede Apostolica prohibitos quoscumque (et ephemerides), iis exceptis, qui haeresim vel schisma propugnant, aut ipsa religionis fundamenta evertunt, quorum lectionem iis tantum permittere valeas, quos doctrina, pietate, fideique zelo praestantiores esse perspectum habeas; libro-

rum vero de obscoenis ex professo tractantium lectionem nemini permittas.

2.° Adolescentibus, qui in publicis scholis, gymnasiis, lyceis, academiis studiis operam dant, concedere similiter licentiam possis libros ab ipsa Sede Apostolica proscriptos, quos laicae potestatis imperio praemanibus habere coguntur, tamdiu legendi, retinendique, quamdiu in ea necessitate versantur.

Licentiae autem praedictae gratis quovis titulo, atque absque quolibet emolumento a Curia tua episcopali percipiendo, sub poena nullitatis, concedendae sunt, atque in singulis concessionis litteris facultatis Apostolicae expressa mentio est facienda.

96.

Formula indulti « vacandi servilibus ».

Molteplici sono le clausole proprie dei rescritti per la facoltà di lavorare nei giorni di festa, specialmente nelle grandi fabbriche. Le solite e generali sono: *remoto scandalo et audito sacro.* Le speciali sono varie a seconda dei casi; come p. e.: *dummodo operariis alternatim operam praestent: ..... adhibitis operariis strictim necessariis ..... facta publicatione huius indulti ad scandalum vitandum ..... curata instructione catechetica ..... exceptis aliquibus diebus solemnioribus arbitrio Episcopi etc.* Talvolta poi, essendo le cause ben chiare e gravi, e di quelle che autorizzano i Vescovi stessi a dispensare, il S. O. rescrive: *Episcopus ipse dispenset vi suarum facultatum,* oppure anche: *Episcopus utatur iure suo.*

INDEX

Monitum. . . . . Pag. 5
Formula iuramenti a personis S. O. addictis emittendi » 7
Oratio, quae initio Sessionum Congr. recitari solet. » 8

I. – *Formulae pro rescriptis doctrinalibus, pro fidei professione etc.*

Formula pro rescriptis doctrinalibus. . . . . » 10
Professio orthodoxae fidei, iuxta formam a SS. PP. Pio IV et Pio IX praescriptam . . . » 10
Formula professionis fidei pro haereticis . . . . » 13
» professionis fidei pro haereticis (Italice) . » 14
» professionis fidei pro apostatis. . . . . » 16
» professionis fidei pro apostatis (Italice) . . » 17
» brevior professionis Fidei pro haereticis seu schismaticis orientalibus . . . . . » 18
» eadem pro haereticis seu schismaticis orientalibus (Italice) . . . . . » 20
» abiurationis et professionis fidei pro iis, qui in haeresim *veterum catholicorum* lapsi sunt » 23
» facultatis recipiendi spontaneam abiurationem . . . . . » 24

Formula spontaneae abiurationis haereticorum . Pag. 25

» spontaneae abiurationis haereticorum (italice) » 25

» absolutionis post peractam abiurationem impertiendae . . . . . » 26

Litterae testimoniales abiurationis. . . . . » 28

Formula pro facultate recipiendi in Ecclesiam et admittendi ad SS. Ordinum exercitium sacerdotes et diaconos Iacobitas (in India Orientali) retentis uxoribus . . . . . » 28

» similis pro casu particulari. . . . . » 29

» pro facultate mutandi ritum in favorem fidei. » 30

II. – *Formulae pro rescriptis matrimonialibus.*

Formula dispensationis a matrimonio rato et non consummato . . . . . » 31

» ad declarandum matrimonium validum, nullum vel non probatum nullum. . . . » 32

» ad ferendam sententiam in causis matrimonialibus in secunda instantia . . . . . » 32

» pro matrimonii sanatione in radice. . . » 33

» pro dispensatione ab impedimento disparitatis cultus . . . . . » 34

» pro dispensatione ab impedimento mixtae religionis . . . . . » 37

Clausulae variae quae rescriptis mixtae religionis saepe adiunguntur . . . . . » 38

Formula pro dispensatione ab impedimento disp. cult. (vel mixtae relig.) concurrente alio . . » 40

» vulgo dicta «*biforcata*». . . . . » 41

Litterae quae dispensationi ab impedimento mixtae religionis semper adiunguntur. . . . Pag. 42

Instructio Antonelliana circa assistentiam parochi et ritum ecclesiasticum in matrimoniis mixtis. . . . . » 44

» super matrimoniis mixtis ad Orientales . » 48

Formula prorogationis facultatis dispensandi ab impedimento mixtae religionis (ad tempus) . » 54

» similis (ad determinatum numerum casuum) » 56

» pro facultate cumulandi in casibus mixtae religionis . . . . . » 57

» pro facultate dispensandi ab impedimento disparitatis cultus, mixtae religionis, et sanandi in radice in articulo mortis . . . . . » 58

» pro facultate revalidandi matrimonia nulliter contracta . . . . . » 59

Formula pro facultate permittendi interpellationem coniugis infidelis vel dispensandi ab ea ante susceptum baptismum . . . . . » 61

» dispensationis ab impedimento cognationis spiritualis . . . . . » 61

» facultatis vulgo dicta « *arbitrio* » (pro Urbe) 61

» similis (pro Orbe) . . . . . » 62

» facultatis admittendi ad iuramentum suppletorium milites et vagos. . . . . » 62

III. – *Formulae pro dispensationibus in lege abstinentiae et ieiunii.*

Formula facultatis dispensandi a lege ieiunii et abstinentiae ob morbum epidemicum . . . » 63

Formula facultatis dispensandi a lege abstinentiae tempore Quadragesimae et infra annum. Pag. 63

» facultatis dispensandi in lege abstinentiae tempore Quadragesimae (pro Italia). . » 64

» similis (pro regione Neapolitana). . . . » 65

» facultatis dispertiendi dies stricti ieiunii tempore Quadragesimae . . . . . » 66

» facultatis concedendi condimenta pinguia. » 66

» facultatis dispensandi in lege abstinentiae diebus sabbati per annum (pro Italia) . . » 67

» similis (pro Gallia aliisque aliquibus regionibus) . . . . . » 68

» facultatis dispensandi in lege abstinentiae tempore messis et triturae . . . . . » 68

» facultatis dispensandi in lege abstinentiae diebus Rogationum et S. Marci . . . . » 69

» facultatis anticipandi abstinentiam . . . » 69

» dispensationis pro quadragesima regulari. » 70

» indulti in lege abstinentiae pro militibus antiqui regni Pedemontii . . . . . » 71

» similis pro provinciis Taurinensi, Vercellensi et Veneta . . . . . » 71

» rescripti dispensationis in lege abstinentiae pro prandiis diplomaticis. . . . . » 72

» facultatis dispensandi in lege abstinentiae pro institutis vel locis balneorum . . . . » 73

» dispensationis in lege abstinentiae ob male affectam valetudinem (forma commissoria) » 74

» similis (forma gratiosa) . . . . . » 74

Formula dispensationis similis ratione itineris (forma commissoria) . . . . . Pag. 75

Similis concessio (forma gratiosa) . . . . . » 76

Formala dispensationis similis ob quamlibet causam in precibus expressam (forma commissoria) . . . . . » 76

» similis (forma gratiosa). . . . . » 77

IV. – *Formulae aliaque quae negocia criminalia attingunt.*

Formula facultatis recipiendi denuntiationem . . » 78

Instructio circa denuntiationem recipiendam in materia haeresis etc. absque interventu notarii . » 78

» circa observantiam constitutionis S. M. Benedicti XIV, quae incipit « *Sacramentum Poenitentiae* ». . . . . » 81

» circa denuntiationem recipiendam in materia sollicitationis absque interventu notarii » 90

Eadem instructio (Italice) . . . . . » 92

Instructio ad faciendum examen per generalia . » 94

Norma examinis per generalia assumendi . . . » 95

» de diligentiis statim peragendis. . . . » 98

» de modo peragendi constituta in causis sollicitationis ad turpia . . . . . » 102

Formula ad ferendam sententiam definitivam in causis sollicitationis. . . . . » 108

V. – *Formulae pro variis negotiis, quae extra recensitas classes vagantur.*

Formula rescripti in casibus dubiae ordinationis Pag. 111

» dispensationis ab oneribus S. Ordini adnexis necnon a votis solemnibus religionis . » 112

» dispensationis a votis solemnibus et ab impedimento mixtae religionis . . . . . » 113

» pro facultate prorogandi tempus adimplendi praeceptum paschale . . . . . » 114

» pro facultate bis die sacrum faciendi expressis ab Ordinario casibus et rationibus . . » 115

» pro eadem facultate quando ab Ordinario non exprimuntur casus et rationes . . . » 115

» pro indulto dicendi tres Missas nocte Natalis Domini et S. Commun. distribuendi . » 116

» pro facultate sumendi aliquid per modum potus ante S. Communionem (in forma commissoria) . . . . . » 117

» similis (in forma gratiosa). . . . . » 117

» pro facultate admittendi ad iuramentum suppletorium clericos post peractum servitium militare . . . . . » 118

» rescripti pro facultate legendi et retinendi libros prohibitos pro Episcopis . . . » 119

» similis « *amplissima* » pro praestantissimis sacerdotibus et ecclesiasticis . . . . » 119

» similis « *ampla* » et « *ad effectum* » pro ecclesiasticis . . . . . » 119

Formula similis « *ampla* » propria etiam certae classi laicorum . . . . . Pag. 120

» similis « *communis* » pro sacerdotibus saecularibus et regularibus . . . . . » 120

» similis « *communis* » pro laicis cuiuslibet professionis . . . . . » 120

» similis pro studentibus . . . . . » 121

» similis pro foeminis . . . . . » 121

» communis Ordinario vel confessario remittenda . . . . . » 121

» facultatis conservandi libros prohibitos in bibliotheca familiae . . . . . » 122

» rescripti pro librariis et typographis . . » 122

» rescripti pro seminariis et collegiis . . » 122

» qua Ordinariis conceditur facultas permittendi subditis, ut libros prohibitos retineant ac legant . . . . . » 123

» *indulti* « vacandi servilibus » . . . . » 124

23406